

tiori possessio eo dubio persistente, ut pote quæ est præcipiendi ea sola, quæ secundum regulam sunt, licet possit licite obedire, perfectiusque faceret, cum res præcepta sit licita. Quod si superior dubitaret, aut crederet, rem à se præceptam esse illicitam, aut supra suam potestatem, subditus autem non dubitaret, sed crederet rem esse licitam, & contentam intra potestatis limites, videtur non teneri subditum obedire, quia conius non dubitans de matrimonij veritate, et si possit reddere coniugi dubitanti, & sic male petenti; at non tenetur reddere (vt probauimus lib. 2. de matrimonij diffinit. 41. num. 56.) cuius ratio est, quod dubitans caret iure petendi. Ergo similiter superior dubitanti, aut credenti, rem esse illicitam, & sic male petenti obedientiam in ea re, non tenetur subditus obedire, et si non dubitet, sed credat rem esse licitam, & clausam intra terminos potestatis. At credo teneri tunc subditum obedire. Ratio est, quia in re illa obedientia est superiori debita, et si ex conscientia erronea superior putet illi sibi debitam non esse, sicut si quis ex errore putet, rem à se possessam non esse suam, & male petat sibi reddi tanquam suam; enor sciens esse suam, reddere illi. Nec obstat exemplum de coniuge aduictum; quia conius non dubitans non est certus de matrimonij valore, & alterum dubitare; quod si de hoc esset certus, teneretur vique reddere propter rationem dictam.

Tertio limitatur, nisi dubium subditi sit circa factum, vt si dubitet, an hominem interfecerit, aut aliud delictum commiserit, ob quod irregularitatem incurrit; tunc enim iustus à superiori non potens in ea irregularitate dispensare, vt celebret, nec tenetur, nec potest obedire. Ita docet Vazq. 1.2. quest. 19. art. 6. disp. 66. cap. vlt. num. 50. Sayr. clau. reg. sacerdot. lib. 1. cap. 13. num. 38. Et ratio est, quia in dubio facti tenetur ille partem tutiorem sequi, credendo se irregularem, vt tradunt communiter Doctores in tract. de irregularitate. Quæ limitatio vera est, quoties in dubio facti circa censuras tenetur quis se reputare censura ligatum; quia tunc constat rem præceptam esse illicitam. Addit tamen bene Vazq. ibi, cum multum sit superioris prudentie fidendum, contingere aliquando posse, vt etiam tale dubium circa factum possit, & debeat tunc subditus deponere. Videantur quæ diximus circa hæc lib. 1. huius operis cap. 10. à num. 38.

Quarto limitatur, quando subditus dubius, an res præcepta sit licita, vel supra iuberis potestatem, iubere rem valde difficilem, aut sibi nimis molestam exequi, vt longam abstinentiam, aut longum iter, vel aliud opus valde austerum: tunc enim non tenetur statim parere, donec re maturius discussa constaret eam licitam, & intra limites potestatis superioris clausam esse quia tanta rei difficultas, vnà cum dubio potestatis imperandi, præponderat possessioni superioris, & fauere potius libertati subditi, quæ et si communiter odiosa sit, at in hoc casu non est talis reputanda. Item quia olim multi Doctores, quos reuoluimus lib. 2. de matrimonij diffinit. 43. num. 2. docent, dubitantem de seruitute alterius coniugis, quem liberum putabat, non teneri obedire Ecclesiæ præcipienti reddere debitum, ob damnum sibi imminens ratificandi ea copula matrimonium, quod irritum erat, & sic cadendi iure illius dissoluendi. Et licet contrarium tenuerimus ibi, n. 5. id fuit, quia probatum nullum inde damnum imminere, supponentes eo damno imminenti verissimam esse illam doctrinam. Et ita tradit Sor. de secretis membr. 3. quest. 2. concl. 1. vers. respondetur quod Prælati. Ludou. Lopez 1. part. instrum. cap. 36. col. 1. vers. sic etiam ibi. Tapia autem ingressi, verb. ipso ingressu, cap. 1. num. 49. C. de sac. sanct. Eccles. Sayr. lib. 1. clau. reg. cap. 1. num. 40. & lib. 12. cap. 16. num. 7. & 18. Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 154.

Vltimo limitatur, nisi ex obedientia in eo dubio timeatur magnum proprium, aut tertie personæ damnum in rebus, honore, vel fama, vel corpore, vt si superior interroget de proprio, aut tertij delicto, & est dubium, an iuridicè roget: tunc enim in eam partem inclinandum est, in qua est minus damni, & periculi, & ea est amplectenda. Atque proinde in prædicto casu non est obediendum in eo dubio, quia maius est periculum, & damnum illud imminens, quam semel non obedire; & hæc iuncta cum dubio illo præponderant iuri superioris. Item quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: et si enim subditus non sit in possessione suæ libertatis, est tamen in possessione suæ securitatis, seu iuris, quo potest se à rebus periculosis conseruare. Vnde non tenetur in ea se coniecere, nisi constet superiori iuste precipere. Atque ita docent Aragon 2.2. quest. 69. art. 2. fol. 497. vers. sed dubio aliquis. Bancz ibi. part. 1. dub. 2. Sor. de secretis membr. 3. quest. 2. concl. 2. Cordub. questionar. lib. 3. quest. 8. col. 5. vers. secundum da pars. Tapia eo. cap. 1. num. 48. Metin. 1.2. quest. 19. art. 6. fol. 306. col. 2. vers. ex his principijs. Ludou. Lopez 1. part. instrum. cap. 56. Sayr. end. cap. 13. lib. 1. num. 41. Manuel Rodrig. 2. tom. sum. cap. 9. num. 3. & de ordin. iudicial. c. 7. num. 12. & q. regular. tom. 3. quest. 19. art. 4. & 6. Henric. lib. 1.4. de irregularitate. cap. 3. num. 3. commentar. litera X. Leonard. lib. 2. de inst. cap. 41. dub. 5. num. 77. & cap. 31. dub. 3. num. 10. Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 155.

Hinc deducitur, quando exequitio rei præceptæ differri potest, ac minus damnum timeatur ex dilacione, quam ex prompta executione, differendam esse executionem mandati, donec examinetur, an obediendum sit. Atque ita docent Couarruu. regul. peccatum. 1. part. num. 5. ad finem.

Sed quid si superior præcipit aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, necne? Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 177. fine, dicit teneri obedire: quia est dubium facti, in quo est sequenda pars tutior; quod at intelligi quando subditus potest obedire absque magna incommoditate. Oppositum tamen dicendum est, nempè subditum tunc non teneri obedire, quia præsumendum est conditionem non esse impletam, vt ostendimus lib. 4. huius operis. ap. 16. num. 3. & cap. 23. num. 29. dum sermo esset de voto conditionali. Sed ante impletam conditionem præceptum illud non obligat subditum. Ergo in eo casu non tenetur subditus obedire.

Id demum obseruandum est, in casibus, in quibus aione dubij diximus non teneri subditum obedire dem censendum esse, quamuis præceptum sub excommunicationis late pœna imponatur: quia excommunicationis impositio non tenetur nisi pro inobedientia, & in hiis casibus non reperitur, cum præceptum non tenetur nisi tunc præceptum maiorem præ se grauius tenet, est res diligentius discutienda. Ita Sor. a. membr. 3. quest. 2. immediatè ante 4. concl.

Hactenus egimus de dubio ortu ex qualitate præcepti, superest discutiendum de dubio ortu ex defectu auctoritatis superioris, vt si dubitetur, an legitime electus, confirmatus, & sic. Qua in re Vazq. 1.2. quest. 19. art. 6. disp. 62. cap. 6. fin. & Salas 1.2. quest. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 8. num. 78. dicunt, si subditus de hoc dubitaret, vel essent diuersæ opiniones, tunc posset subditus sequi probabilem opinionem dicentem eum non esse superiorem, & ita se non obligari ad obediendum. Vbi, quamuis propofuerunt, quando est dubium, vel sunt diuersæ opiniones, non satis explicant quid, quando est dubium, sed solum casum, in quo sunt diuersæ opiniones, & referunt pro se Geson. tom. 3. tract. de vii. spirit. lect. 4. corollar. 10. alphabeti. 52. litera N. vbi tandem dicit hæc. Quantum, & qualiter licet dubitare de potestate alicuius propter debite electionis defectum; tantumdem, & taliter licet dubitare de suorum præceptorum obligatione.

Ceterum

Ceterum existimo idem proflus dicendum esse in hoc dubio, vel diuersitate opinionum, et si tanquam probabilibus opinatur non esse legitimum, quod hactenus diximus, quando illud dubium ortur ex parte rei præceptæ, an sit licita, aut excedens limites potestatis superioris: & ita tenetur tunc subditus obedire, præterquam in casibus exceptis n. 20. & sequentibus. Ducor, quia vt num. 7. probauimus non est idem opinari rem esse malam, aut excedere facultatem superioris, & opinari subditum non teneri in ea obedire. Sed stante priori opinione, tenetur obedire: & vt non tenetur, est opus certitudinis per quam constat rem esse illicitam, aut excedere potestatem superioris. Sic ergo non est idem dubitare, aut opinari superiorem non esse legitime electum, aut non esse legitime confirmatum, aut opinari non teneri tunc subditum illi obedire, quia cum in possessione prælationis sit (vt suppono, si enim in ea possessione non esset, denegari posset possessio, donec de legitima electione, aut confirmatione constaret) non potest ob solum dubium, vel opinionem spoliari legitima possessione denegando ei obedientiam, donec certus sit defectus: sicut conius dubitans de valore matrimonij, aut opinans esse irritum, dubitat eo ipso, an alter sit legitimus conius, legitimamque potestatem habeat in suum corpus, & opinatur non esse talem, nec habere eam potestatem; & tamen quia alter habet legitimam possessionem, nequit ipsum ea spoliare denegando illi debitum ob id dubium, vel opinionem, donec id sibi certum sit, vt probauimus lib. 2. de matrimonij. disp. 44. num. 3. Si autem esset probabilis opinio in aliquo casu non teneri tunc obedire, quamuis oppositam crederet subditus probabiliorum, posset non obedire, sequendo opinionem probabilem, iuxta dicta num. 7.

Quando quis dubitaret, an alter esset suus superior, nec ille esset in possessione superioritatis erga ipsum, non tenetur ei obedire, donec certò id constaret, quia cum alter non possideat, standum est pro libertatis possessione. Secus quando alter esset in possessione superioritatis; tunc enim ea spoliari nequirit denegata ei obedientia, donec certò oppositum constaret.

CAPVT IV.

An religiosus teneatur sub culpa mortali, aut veniali, omnia in regulis sui religionis contenta obseruare, & omnia à superioribus religionis legitime sibi iniuncta exequi?

SUMMARIVM.

In religiosi teneantur ad omnia contenta in regula ex voti obedientia, ita vt cuiuslibet transgressio sit culpa? n. 1. Quis si profertur se intendere ad omnia obligare, credens ad omnia obligari? n. 2. An omnia contenta in regula Diui Augustini obligent sub culpa? n. 3. Explicatur quæ rerum genera in regula continentur. n. 4. An regula præcipiens res alio precepto sub mortali debitas obliget sub mortali? n. 5. An tunc transgressio sit duplex mortale, aut habeat malitiam specificam necessariam fatendam? n. 6. An grauius peccent religiosi eodem genere peccati quam seculares? n. 7. Res contentæ in regula spectantes ad tria vota substantialia, an obligent sub mortali? n. 8. Quis dicatur votum professionis vite regularis? n. 9. An regula obliget ad alia consilia euangelica in ipsa contenta? n. 10. An obseruationes regulares externe in regula præscripta obligent? Summa Th. Sanchez pars 111.

gent sub culpa, quando institutor dicit se ad nullam culpam obligare velle, & an tales sint in ordine Prædicatorum, Minorum, & Societatis? n. 11. An possit esse leges non obligantes ad culpam? n. 12. An regula fratrum Prædicatorum obligent ad penam? n. 13. An ex prauo sine transgressi regulam non obligentem ad culpam sit culpa, & ex bono sine sit opus virtutis? n. 14. Quando sit culpa in tali transgressione facta ex negligentia, vel libidine, & an communitè accidat in ea culpa venialis? n. 15. Transgressio ex contemptu an sit mortale, & quando sit contemptus? n. 16. An sit contemptus transgressi ex consuetudine? n. 17. An consuetudo transgressi regulas sit mortale, quando adisset propositum vt omnes, vel precipuas non obseruandi? n. 18. Quis si adisset animus seruandis aliquam solam ex precipuis regulis? n. 19. An sit mortale decretum religiosi non seruandis regulam, nec præceptum superioris, nisi quando sub mortali obligat? n. 20. Quis de consuetudine non seruandis regulas, habendo tamen animum seruandis? n. 21. Quis si animus transgressi sit impediens finem regula? n. 22. An præcepta regularum, aut superiorum obligent ad mortale, vel veniale, aut ad solam penam, eodem modo iudicandum sit, quo id de legibus ecclesiasticis iudicatur? n. 23. Vt lex quæcumque, vel præceptum ad mortale obliget, sit opus materiam esse grauem, & vnde hæc grauitas sentienda est, remissius? n. 24. An ex intentione legislatoris sit desumenda vis obligatiua legis, ita vt possit in materia etiam graui sub solo mortali obligare? n. 25. & 26. An id deducendum sit ex communi consuetudine, & vnde in legi? n. 27. An attendendus sit consuetus precipiendi modus, per quem res verba fiat? n. 28. Postea inuenies alia summaria.

QUESTIO hæc satis grauis & difficilis; & ideo ad clariorem illius discussionem oportet præmittere quæ à Doctore tanquam certiora admittuntur. Prima conclusio sit. Religiosi non ita ex voto obedientiæ tenentur regulas seruari, vt transgressio cuiusvis sit culpa mortalis, aut venialis, sed obligantur ad res in regula contentas eo modo quo in ipsa continentur: nempè si continentur tanquam præcepta obligantia sub mortali, tenentur sub mortali; si solum vt obligantia sub veniali, tenentur sub veniali; si solum vt consilia sub nulla culpa obligantia, ad nullam quoque culpam obligabuntur. Ita expressè diffinitur de fratribus Minoribus, qui non vtrumque promittunt obedientiam, sed expressè promittunt seruari regulam Diui Francisci, in c. hoc si id. 8. in primis quia de verb. significat. in 6. & Clement. 3. 8. cum igitur in primis, verborum. eod. tit. Et ratio est, quia religiosus promittens seruari regulam, vel obedientiam secundum regulam, non promittit singula in particulari, & collectiue; sed solum mores suos iuxta regulæ præscriptum componere, seu obedire secundum regulam. Ergo eodem modo intelligitur obligari, quo regula præscribit, & obligat; & aliis periculosisimam esset, ac multos passim peccandi ruinas expositus religionis status, cum multa inuictoria in regulis præscribantur, quæ facillimum esset transgredi. Atque ita docent Henric. quodlibet. 3. q. 21. Angel. verb. religiosus. num. 18. Syluest. verb. religio. 1. q. 8. dicit. 1. & q. 11. dicit. 5. Vazq. 1.2. q. 96. art. 4. disp. 161. c. 4. n. 16. atque idem probauimus alios referentes loquendo de iugamento præfrito seruandi statuta alicuius communitatis lib. 3. huius operis. cap. 14. à num. 2. Et non omnia contenta in regulis obligare sub mortali, docet etiam

D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. *quest. 186. art. 9. corp. & ad 1.*

Immo hoc est verum, etiam si uolens obseruare regulam intenderet se obligare sub mortali, aut ueniali ad singula in regulis contenta ex errore, quo putauit ita exigere professionem illius religionis, quia in re tatummodo intendit profiteri id, quod eius religionis professio exigebat, & maior obligatio est inuoluntaria, ut pote quae ex errore circa finem processit; & ita non obligabit uotum, iuxta ea quae diximus lib. 4. cap. 2. n. 10.

Hinc deducitur, minus uerum esse quod tradit Henric. quodlib. 6. q. 17. nempe omnia contenta in regula D. Augustini obligare sub aliqua culpa, quia in eius principio dicitur; *Et hoc sunt, quae ut obseruatis praecipimus.* Atque idem dicit Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. circa solut. ad 2. ait tamen non omnia in ea contenta obligare sub mortali; & 10. 1. opuscul. tract. 15. q. 1. in fin. corp. ait regula D. Augustini obligare sub obligatione mortali, non mortali. At melius Syluest. verb. religio. 1. 1. ad 1. ait, vel uerbum (praecipimus) referri ad duo charitatis praecipia, quae ibi praemisera; vel, si referatur ad omnia, sumi large, pro (mememus), quod aperte indicat multitudo rerum, & paruitas eorum, quae postea subiunguntur. Atque ita tradit Angel. verb. religio. sum. 28. dicens, impropriari (praecipimus) ob subiectam materiam.

Sed explicandum est, quando regula obliget ad culpam mortalem, uel ueniale: ad cuius expositionem praemittit ex mente D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ut clarius explicat ibi Caietan. inquit, quatuor rerum genera in regula contineri. Primi generis uotum, quae alia sunt in praecipio diuino positum, aut naturali, aut ecclesiastico, ut si regula iubet confiteri femel, & communicare in anno, obseruare festa, non occidere, & similia. Secundi generis sunt, quae pertinent ad tria substantialia religionis uota, ut si regula ea seruari praecipiat. Tertij generis sunt, quae communitur legi supererogationis, & consilij omnibus fidelibus, ut si regula praescribat specialem affectum inimicos diligendos, & illis benefaciendum, querendam in omnibus maiorem sui abnegationem. Vltimi generis sunt externa obseruantia cuiuslibet religionis peculiare, ut ieiunare aduentu, non uti talibus uestibus, abstinere a carnibus, assistere choro.

Secunda ergo conclusio fit. Quando res sunt primi generis, id est, ex alio praecipio sub mortali obliganti, manifestum est, regulam obligare sub mortali, quia seclusa regula effectus est talis obligatio, ratione alterius praecipii. Et ita docet D. Thom. ab omnibus receptus 2. 2. *quest. 186. art. 9.*

Sed difficultas est, an tunc sit duplex culpa mortalis aut duplex malitia specifica in confessione explicanda altera contra id praecipium, altera uero contra regulam. Quia in re certum est, non omnia alio praecipio obligantia, quae in regula continentur, contineri in illa cum in intentione ea peculiariter praecipienda, ita ut secluso alio praecipio non inducatur, sed aliquando proponi simpliciter cum intentione reducendi in memoriam talia praecipia, ac illa commendandi. Quod recte docet Caietan. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. puncti 3. paulo post. princip. qui bene subdit, transgressio nem talis praecipii, nec esse speciale peccatum, nec grauius eo, quod sit contra regulam; quia haec per se nullam obligationem inducit. Atque in dubio existimo non fore praesumendam mentem institutoris regulae esse, noua aliqua obligationem inducere circa res illas alia praecipia in regula contentas, nisi id aperte explicet, aut ex manifestis iudiciis colligatur, ut quia includitur in rebus promissis per uota; ut si regula praecipiat non fornicari, non furari, quae sunt contra uota castitatis, & paupertatis. Et ratio est, quia ex genere suo plus damni, quam uultus afferat nouas obligationes in eadem re inducere; atque adeo ea in intentio legislatoris praesumenda non est, ut pote qui summa opae nititur spiritali

religiosorum utilitati prospicere. Item quia in dubiis & oblicris est amplectendum id, quod est minimum. *reg. in obseruatis, de reg. iur. in 6.* Quando autem constat de peculiari intentione eas res praecipienda, nouaque subinde inducenda obligationis per id regula praecipium, Caietanus proximè allegatus ait duplici ex capite teneri tunc religiosum ad ea implenda. Alterum est ex generali eo praecipio omnibus fidelibus imposito. Alterum uero ex peculiari regula. Subdit tamen, transgressio nem non habere duplicem malitiam specificam, nec esse duplex peccatum, sed unicum grauius, eo quod praecipii diuersitas auget quidem peccati malitiam, sed non parit diuersitatem specificam, quae non ex praecipio quod uolatur, sed ex obiecto sumitur. At haec sententia non est uanuerfaliter uera, sed intelligenda est, ut non sit duplex malitia ob solam praecipiorum multiplicationem, id enim eius ratio probat. At erit duplex malitia specifica necessario confiderenda ex ea parte, quae transgressio regulae effectus contra uotum obedientiae, quo religiosus se obstringit ad seruandam regulam eo modo, quo ipsa intendit obligare. Sicut peccatum fornicationis in religioso habet distinctam malitiam specificam, eo quod sit contra uotum castitatis ultra communem legem omnibus aliis statutam; & ita bene docet Valentia proximè allegatus.

Sed rursus dubitabis, an ceteris paribus religiosi grauius peccet eodem peccati genere, quam seculares. Quia in re breuiter dicendum cum D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 10. quem sequuntur Angel. verb. religio. sum. 64. Syluest. verb. religio. 6. q. 14. Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. puncti 6. triplici nomine posse esse grauius religiosi peccatum. Primum est ratione scandali, quippe illius uita à pluribus respicitur. Secundum est, quando ex contemptu, uel malitia peccat; quoniam tunc sunt peculiariter ingrati Deo, à quo pluribus beneficiis quam seculares affecti sunt. Tertium est, quando id peccatum ultra communem praecipium est etiam contra uotum, ut si religiosus fornicetur. At quando secluso scandalo peccat ex ignorantia, uel infirmitate, nec est contra uotum eius peccatum, est leuius quam peccatum secularis. Quia si peccatum religiosi sit ueniale, multitudinem bonorum operum, in quibus religiosus uersatur, ueluti obruitur: si uero sit mortale, facilius, ac citius religiosus resurgit ob priuam consuetudinem, qua est deditus Deo, ac aliorum religiosorum exemplo attractus, teste Origene in id Psalmi 36. *Dim cecideris sustulit te non collidetur.* Quia ratio (ut bene notat Valent. *ibidem*) tantum probat, peccatum religiosi esse minus exensiuè, seu quoad durationem. At potest probari, esse etiam minus intensiuè, quia persona in beuis operibus uersata non solet ex infirmitate, aut passio ne delinquere, nisi ea sit uehemens, quae in uoluntate actus, ac subinde culpa minuit. Non enim bene Valentia, ingratitudinem illam maiorem remanentem ex malitia peccat, non esse speciale peccatum, & quantum reddat grauius, nisi quando ex intentione peccaret, ex diuini beneficiorum contemptu: quo euentu effectus est specialis malitia necessario fatenda in seculari. Quare maior illa grauitas peccati religiosi, dum non est specialis contra eius uota, non ita notabiliter auget, ut sit necessario detegendus in confessione status religiosi, ut uel sic illa percipiatur.

Tertia conclusio. Quando res contenta in regula sunt secundi generis, nempe pertinentes ad tria substantialia religionis uota; tunc eorum transgressio est mortalis, quia uota illa sub mortali obligant. At quae ita docet R. Thom. 2. 2. *quest. 186. art. 9. ab omnibus receptus.* Intellegitur autem ex genere suo; nam quando malitia est modica, uoti transgressio est uenialis, ut diximus lib. 4. c. 4. num. 1. & 2. Obseruandum autem est, D. Thomam eo art. 9. corpore, appellare haec uota simul sumpta, uota professionis, non tamen eo quod sit aliquod peculiare professionis uotum distinctum ab illis tribus; quare ipse se statim explicat,

explicat, dicens in uotum professionis tria illa principaliter cadere, nempe, paupertatem, castitatem, & obedientiam. Cum autem dicat illa principaliter cadere; insinuat aliquid aliud minus principaliter cadere, nempe, uotum regularem, quae teste D. Thom. *ibidem*, ad trium illorum uotorum obseruationem ordinatur; atque ita se habet tanquam circumstantia quaedam materiae singulorum illorum uotorum; quippe illis tribus uotis pollicetur religiosus se paupertatem, castitatem, & obedientiam seruaturum in uita regulari. Quod si quaeras, in quo haec uita regularis cadens in uotum professionis tanquam circumstantia materiae uotorum consistat; id bene explicat Valent. 2. 2. *disputationis 10. quest. 4. puncti 5. circa 23. circumstantiam*, dicens non consistere in actuali regularum obseruatione; nam tunc quarens regulam transgressio esset contra uotum. Sed consistit in eo quod religiosus sit regulae subiectus, quod quid prius est, quam actu seruari regulam; quippe non seruans ob id reprehenditur, quod cum regulae subiectus sit, eam transgreditur. Hanc autem subiectionem bene ibi ait non consistere in proposito seruandi regulas, nec in hoc, ut ita sit illis religiosus subiectus, ut earum transgressio sit peccatum, quia quandoque non est peccatum. Sed in hoc consistit, ut ita religiosus sit illis subiectus, ut iure optimo ob earum transgressionem possit à superioribus puniri.

Quarta conclusio. Quando res tertij generis, nempe, alia consilia euangelica continentur in regula, tunc regula non obligat, quia haec castant ad charitatis perfectionem. At religiosus non tenetur esse perfectus; & si tenetur conari tendere ad perfectionem, id non est iuxta omnia consilia euangelica, sed iuxta praecipium sua regulae, quod latius explicabitur toto cap. seq.

Si loquamur de rebus quarti generis, nempe, de aliis obseruantis regulatibus externis in regula praescriptis, ad nullam proferas culpam obligant, quando regula instituit mentem suam explicat esse, ut ad nullam culpam obligent, ut in regulis fratrum Praedicatorum dicitur sic; *nolumus obligare ad culpam.* Idem in regulis fratrum Minorum, ut refert Passatellus statim allegandus; & in regulis Societatis Iesv, ut habetur 6. part. *constitut. c. 5.* Et ratio est, quia in potestate illius est praecipere, ut superior praecipit inferioribus, uel solum proponere, uel (ut dici solet) ordinare, & dirigere per modum cuiusdam consilij, & sic ad nullam culpam obligare. Item quia cum haec regulae sint de rebus aliis non obligantibus, nullam obligandi vim habent, nisi ex uoluntate legislatoris uolentis & potestatis obligare ad culpam. Ergo ubi legislator explicat suam mentem esse, non obligare ad culpam, & statuta non inducunt obligationem in conscientia. Item quia poena non necessario praesupponit culpam, sed potest absque culpa imponi, licet non absque aliqua causa, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 4. & tradit *reg. sine culpa. 23. de reg. iur. in 6. causa autem sufficiens*, ut iuste poena imponatur, est transgressio regulae, & ordinationis superioris. Adde etiam, poenam poenam non habere ueram poenam, sed cuiusdam penalitatis rationem, ut n. 13. dicemus; atque ita regulas fratrum Praedicatorum ad nullam culpam obligare, eo quod legislator hanc uisum suam mentem explicat. Testatur D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. & ibi Caiet. *circa solut. ad 1. dub. 1.* D. Anton. 3. part. in 1. c. 16. §. 13. Angel. verb. religio. sum. n. 28. Syluest. verb. religio. 2. q. 11. ad 1. Tabien. verb. religio. 4. 22. & ibi Artil. n. 13. *Cast. lib. 1. de leg. penal. c. 8. §. Secundo principaliter arguo. & c. 5. docem. 4. in prin. & lib. 2. c. 8. §. sed circa hanc.* Sor. lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. *uersed soluenda.* Ioan. de Medici. C. de ieiunio. *quest. de necessitate seruati. ieiun. 8. ut ieiun. Nagatis. tom. c. 23. Hispan. num. 47. Latin. num. 49. Palacios 4. dist. 138. dist. 1. Vigner. lib. in statu. c. 17. §. 1. uers. 13.* Vincent Vandell. *super statu. ordin. Præd. et. Cordub.* Summa Tho. Sanchez. pars 1. l. 1.

in reg. D. Francisca. c. 10. q. 3. Passatellus privileg. Magnis. cap. 15. Perez lib. 4. ordinam. in 1. §. 1. 2. fol. 304. & ex quibus intelligit. Barthol. Medi. 1. 2. *quest. 96. art. 4. uersed quantum.* & ibi Valquez *disputat. 158. cap. 3. num. 15.* & ibi Azor lib. 5. *instit. moral. tom. 1. cap. 2. fine.* Valent. 2. 2. *disputat. 10. quest. 4. puncti 5. col. 4. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. conclus. 2.* & plures alij Doctores.

Sed Ioannes de Neapoli, quodlib. 14. q. 16. tenet contrarium, ductus quod impossibile sit esse leges religionis regulas illas, & earum transgressionem non esse culpam, eo quod uideatur esse de essentia legis ad culpam obligare. Circa quam difficultatem plura tradunt Doctores in tract. de leg. & aliis uariis in locis. Videri poterunt Gabriel Valquez 2. 2. q. 96. art. 4. *disputat. 158. cap. 3.* Valent. 2. 2. *disput. 7. q. 5. puncti 6. col. 8. Metin. lib. 9. q. 6. art. 4. col. 6. uers. seruium argumentum.* Aragon 2. 2. q. 61. art. 3. col. 5. Bellarm. tom. 1. *controuers. part. 2. controuers. 5. de membr. Eccl. lib. 3. cap. 11. & Suar. tom. 1. in 3. part. quest. 20. art. 2. disput. 43. sect. 1. col. 3. & puncti.* Sor. lib. 1. de iust. *quest. 6. art. 4. col. 9. uersed soluenda.* Tolet. in cap. 10. Ioan. annotat. 1. 4. ad finem. Breuiter respondendum est, iuxta communiorem sententiam, eas leges non esse proprie leges obligantes, & cogentes, assimilari tamen legibus in multis, scilicet, in causa efficiendi; nam facta sunt à superiori habenti auctoritatem contenti ueras leges: & in causa materialis, quia uerantur circa actus subditorum, quorum dispositio, & ordinatio spectat ad superiorem: & in formali, quia seruant eandem formam uerborum, qui communitur imperium superioris intimatur subditis. Et denique in causa finali, quia ordinantur ad illud bonum subditorum, ad quod ordinatur subiectio. Deficiunt tamen à rigore & proprietate legum, quia deest illis vis coactiua, & inductiua obligationis ad culpam, quae uis non potest inesse illis regulis, nec aliis ordinationibus superiorum contra eorum intentionem, à qua pendet tota earum institutio.

Utrum autem regulae Praedicatorum obligent ad poenam in illis taxatam sub aliqua culpa, non constat inter Doctores; nam D. Anton. & Azor allegati n. 11. & Cast. lib. 2. de leg. penal. cap. 8. dicunt esse culpam, non subire poenam regulis taxatam, aut à superiori impositam: hanc autem culpam ait D. Anton. *ibi. in fin.* esse ueniale. Et fauente D. Thom. Syluest. Nauarr. eo n. 11. allegati: dicunt enim transgressores regularum obligari ad poenam. Ducuntur, quia regularium conditor expresse dicit se transgressores obligare ad poenam, etsi non ad culpam. At ubi obligatio est, ubi praecipium esse oportet. Praecipit uero, & obligationis omisso culpa est. Item quia ubi non est culpa, non debet esse poena. Sed uerius est, nullam esse culpam non subire poenam illam regulis, uel à superiore impositam, nisi adit peculiare superioris praecipium obligans. Ratio est, quia generaliter tradit regulae illius institutor, se ad nullam culpam per illas regulas uelle obligare; at qui totum dicit, nihil excludit. Sic ergo uolator silentij regulae non peccat; ita nec peccabit poenam uolati silentij non perferens: alia statim sibi contradiceret dum legislator dicit se per nullam constitutionem uelle ad culpam obligare; at uelle obligare ad poenam, si obligatio haec ad poenam, esset sub aliqua culpa. Quia cum illa poena debeat ex illa constitutione, iam illa constitutio obligare ad culpam. Vnde dum dicitur transgressores regulae obligari ad poenas sustinendas, intelligitur de obligatione lae accepta; ita ut nihil aliud id significet, quam ita obligationem regularem ad eos religiosos pertinere, ut superiores possint cum auctoritate à transgressoriis poenas exigere, & illos, si uoluerint, obligare sub peccato ad poenas illas sustinendas. Et quamquam solae poenae culpe correspondentes habent ueram poenam rationem, ceterae autem quae à transgressoriis

Radice

regularum ad culpam hanc obligantium exiguntur sunt proprie penalitates quaedam; at communi vocabulo dicuntur quae poene, eo quod consistant in patiendo, & in privatione boni aliquo debiti, & sint contra naturalem propensionem. Et ideo hanc sententiam sustinent Caietan. 2. 1. q. 186. art. 9. circa solut. ad 1. in dub. 2. & 3. Viger. Armil. & Valent. num. 11. allegati.

14 Sexta conclusio. Quamvis transgredi constitutiones religionis ad nullam culpam obligans, nulla sit culpa, ea sola ratione, quod illarum transgressio sit: at potest ibi adesse culpam ex pravo fine quo transgrediens movetur; sicut idem contingit in quibusdam aliis ad culpam non obligantibus; quod bene docet D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. ab omnibus receptus. Quare non peccat religiosus, qui regulam sub peccato ex se non obligantem transgreditur aliquo fine, vel causa, quae tunc videtur illi honesta, quamvis id, quod facit, sit minus bonum, quam servare regulam, non enim tenetur quis semper facere quod melius est. Quod bene docent Valent. 2. 2. dist. 10. q. 4. puncto 5. ad finem. Valsq. 1. 2. q. 96. art. 4. dist. 18. c. 3. n. 16. qui bene addit, si transgrediens eam regulam, movetur aliunde a solo virtutis fine, ex causa, sicut fieri potest, fore opus virtutis, licet materialiter contra talem regulam operetur, tamen minus perfectum, in eam feruere.

Hos autem modos, quibus potest ea regula ad culpam ex se non obligans transgressio esse culpa, explicat D. Thom. praedicta solut. ad 1. quando ex negligentia, vel libidine, vel contemptu praedicta transgressio contingit. Nomine autem negligentiae intelligitur non quidem aliquam simpliciter voluntatem, qua quis transgredi regulam velit: sed quando ex nulla alia causa, quam ex quodam animi torpore, & negligentia ducitur ad transgressionem; quia non est humanum, sed rationi dissonat moveri ad aliquid ex animi torpore absque alia causa, vel fine rationali. Nomine autem libidinis intelligitur cupiditatem nimiam erga aliquid, propter quod quis regulam transgreditur. Et constat, quia facere ex libidine quidpiam aliud regula non prohibitur, est culpa. Ergo a fortiori, si regula prohibitorum sit. Et his duobus modis sola culpa venialis, ea regula transgressio, qua finis est venialis. Virtutum docet Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. circa eam solutionem ad 1. dub. 4. & Valent. n. praeced. allegatus, qui bene addit, communiter admittunt culpam in transgressionem huiusmodi regularum; iterep enim facile aut torpor aut libido. Vnde minus bene D. Anton. 3. part. tit. 16. c. 1. §. 13. explicat nomine libidinis complacentiam frivolis, atque dicit esse mortale, ex ea regulam transgredi quippe nomine eius complacentiae non intelligit contemptum, cum eam distinguat a contemptu. Sola autem complacentia transgressionis ex se culpa vacantis non constituit mortale.

16 Quando autem transgressio regulae ex contemptu contingit, esse mortale fatentur vniuersi cum D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. quia hoc est contra votum professionis, quo religiosus vitam regularem promissit; nam vita regularis promissa consistit in subiectione erga regulam. Cui ergo contentemnes illam adferretur huius subiectionis, si est directe contra suae professionis votum: & cum subiecti simplicitate & absolute regulae, non sit res levis, erit mortale. Quando autem contemptus hic accidat, late diximus lib. 1. huius tract. c. 5. num. 8. & seqq. ubi ostendimus, tunc contemptum accidere, quando ideo violatur regulae, & praecipua superioris, quia non vult subditus illis subiecti, quod iam ibi explicuimus, & limitauimus.

17 Hinc deducitur, quantumvis transgrediendi regulas consuetudo sit, non esse illarum contemptum, nisi transgressionis causa sit, nolle regulae subiecti, quamvis consuetudo illa ad contemptum disponat. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3. & ibi Caiet. in fin. Sylu. religio. 1. q. 8. dist. 2. & Valent. 1. 2. dist. 7. q. 3. puncto 6. col. ante penult.

Secundo deducitur, qualiter verum sit, quod tradunt aliqui Doctores, nimirum, consuetudinem transgrediendi regulas, esse lethalem, quamvis via, vel altera transgressio talis non sit, quous reuli lib. 1. huius tract. c. 5. num. 2. Quod idem tenent Abb. canon. concupiscentiam. num. 4. & 5. de consuet. & ibi Felin. num. 11. fine. Carthusian. de re firmat. claus. lib. 1. c. 6. Tabien. verb. religio. q. 4. Atque eam consuetudinem esse contemptum interpretantur, & ob id mortale, quando adest propositum non seruandi principalia religionis statuta, etiam ad culpam non obligantia, sed frequenter ea transgrediendi, fatentur D. Anton. 3. part. tit. 16. c. 1. §. 9. citans Ioan. de Neapol. & Sylu. religio. 1. q. 12. dist. 4. Valent. 1. 2. dist. 10. q. 4. puncto 5. col. penult. vers. atque ita est. Ceterum, est hanc doctrinam credam veram, & id decretum esse mortale, rationem tamen horum non approbo, quod nullatenus sit contemptus, quando voluntas subiecti de regula adest. Sed ratio huius doctrinae est, quia hic probabilissimo contemendi regulas periculo expositus esset, vt diximus num. praecedenti. Praeterea, quia religiosus tenetur sub mortali tamen vivere, vt non sit grauius religioni suae perniciosus inducens alios religiosos suo pravo exemplo ad nimis relaxatam regulam: & praeterea perturbando suam religionem adeo, vt valde expedit iure religioni eum expellere. Sed haec damna inferret habens eam intentionem. Et confirmatur, quia si religiosus nollet vnquam seruire silentium, nec orare, nec modeste incedere: & ingrederetur omnium religiosorum cubicula; & similia religionis statuta transgredere, eo quod singulari ad culpam per se non obligant, absque dubio perturbaret grauius totam religionem, & se in eo statuta constitueret, vt oporteret tanquam incorrigibilem eum expellere. Ergo tenetur sub mortali eum animam depone. Et confirmatur, quia semel expulsi tenetur ita mores suos corrigere, vt iterum admittatur, si admissio nis spes sit. Ergo a fortiori tenetur in religione ita mores suos componere, vt non sit dignus expulsionem. Quare si possibile esset (id quod moraliter impossibile est) nullam sequi religionis ruinam, nec periculum transgressionis votorum, nec contemptum ex vniuersali decreto non erandi statuta religionis ad mortale non obligantia, tunc decretum non esset mortale, quia nulla esset ratio sufficiens damnandi illud; neque obligatio religiosi habentis propositum tendendi ad perfectionem, arguit hoc decretum esse mortale, secluso praedicto periculo, vt diximus c. seq. num. 9.

Non tamen esset mortale, si religiosus ille vellet seruire aliquam, vel aliquas praecipuas regulas, etiam si non et seruire alias, quoniam per illam, vel illas non cum sit votis postuleret perfectionem, nec exire. Ita Sylu. & Valent. n. praeced. allegati. Si vniuersaliter dictum nullo modo approbo, quia tanta solius vniuersi, vel alterius regulae ex praecipua impedit grauem religionis ruinam, graueque periculum spernendi regulas, & transgrediendi vota; & ita credo tale propositum esse mortale, quia licet non tenetur religiosus currere ad perfectionem, tenetur tamen sub mortali ita religiosus vivere, vt non sit notabiliter aliis scandalo, & offensionem, causaque ruinae religionis; quod non vitatur habendo tantam propositum seruandi vnquam, vel alteram ex praecipuis regulis. Et ita eam doctrinam reprobat Cordu. in regul. D. Francisci. c. 1. q. 3. post 3. dictum, vers. sed vtrum similit.

Quare in religioso, si peccatum mortale decretum nunquam se committat ab vilo actu, propterea modo prohibeatur in regula, aut a Praelato, nisi prohibeatur vnquam mortali. Vnde necessitudo dicendum est inter ea statuta, ad quorum singula determinate non tenetur religiosus sub mortali, teneri ad aliqua vagae sub mortali; quae obligatio nascitur ex praecipua votorum obligatione, quae obligat ad seruandum in religione abique notabili detrimento, & si a illius, & periculo transgressionis voto

votorum; quod constat ex dictis num. praecedenti, & 18.

21 Maior autem difficultas est, quando quis in consuetudinem ducet regulas ad culpam non obligantes transgredi. habens tamen animum eas seruandi. Valsq. 1. 2. q. 9. c. 1. dist. 10. c. 6. num. 60. ait transgressionem legis frequentem fieri mortalem, quae alia seculi, aut iterum non esset. Ducitur, quia qui frequenter omittit, videtur notabiliter laedere legislatoris finem, ex quo materia praecipii expendi debet. Pro se refert Adrian. quodlib. 6. art. 2. circa finem corporis. ubi valde fauet eius sententiae; docet enim peccare mortaliter, qui legem contemnit, vel sic transgreditur, vt notabiliter eius finem impediatur. Eandem doctrinam sequuntur Doctores relati n. 18. Sed hoc non credo; quia nullus est hic actus in consuetudinem ductis assignari potest, qui culpam lethalem constituit: nec illi actus vniuntur, vt contingit in minimis factis, iuxta ea regulas traditis lib. 1. huius tract. c. 4. num. 9. Ergo ea consuetudo non est lethalis. Ad fateor teneri hanc sub lethali diligentiam apponere, vt eam consuetudinem corrigat, quando aduertit eam periculum transgressionis votorum sibi offerre, & egrediendi ex religione, grauisque offensionis, & scandali causam esse alius. Sicut quamvis consuetudo iurandi non possit dici peccatum lethale, at negligentiam eius extirpare, animaduertendo periculum periculo inde surgentis, est lethalis, iuxta ea quae diximus lib. 3. c. 5. num. 10. & seqq. & constat ex dicendis infra c. 9. n. 71.

22 Tandem erit quoque mortale regulam transgredi, etiam si ad nullam culpam, vel ad solam venialem obliget, quoties religiosus ideo ea violat, vt impediatur, quantum in se est, finem illius legis; quod de praecipis etiam ad solam venialem obligantibus tradunt Caiet. sum. verb. praecipii transgressio. vers. commune est autem. Armil. verb. praecipium. num. 4. Valent. 1. 2. dist. 7. q. 5. puncto 6. col. ante penult. vers. Verius casus est. & Valsq. dicens id esse verissimum, 1. 2. q. 96. art. 4. dist. 10. c. 6. num. 57. Et reddit rationem Caietanus, quia hic transgressor proportionaliter se habet ad finem praecipii, sicut qui transgreditur ex contemptu, se habet ad praecipium ipsum; nam hic respicit finem, sicut ille respicit praecipium. Et licet ij Doctores non agant de regulis ad nullam culpam obligantibus; at eadem ratio militat in his: nam harum contemptus similiter est mortalis. Velle autem impedire finem praecipii, equipatur, quoad culpam, contemptui Doctores citati.

23 His praemissis, praecipua huius capituli difficultas est, quando non adest praedictus contemptus obseruantiarum externarum, quae in regulis continentur, aut praecipii superius, nec voluntas impediendi finem, nec superius, aut regula institutor mentem suam explicuit esse, vt, & aut praecipua obligent ad culpam, seu ad hoc vult speciale genus culpae. Est igitur difficultas, vnde noscatur, an regula, vel praecipua obligent ad culpam, & an ad solam venialem, vel potius mortalem? Et quidem hoc discernendum est ex eisdem regulis, quibus videntur Doctores ad diuicandam an leges ecclesiasticae obligent ad culpam, & ad qualem culpam. Quod idem constat, quia Caiet. Cast. Ioan. de Medi. Ledelm. Valent. & alij referunt n. 21. tradentes regulam ad discernendum obligationem sub mortali, ex verbis in lege ecclesiastica positis, eam probant ex Clem. 1. de verbor. signific. in qua Pontifex obligationem regulae Diui Francisci sub mortali ex verbis illius probat: ac proinde sententiam ij Doctores eodem modo dignoscendam esse obligationem regulae, & legum ecclesiasticarum. Et expressit Abb. canon. concupiscentiam. num. 4. de constitutione. & rubric. de obseruat. ieiunior. fine. & c. relatum. num. 6. ne clericis, vel monachis, docet eodem modo regularum religionis, & legum ecclesiasticarum obligationem diuicandam esse. Et Sylu. verb. religio. 1. q. 8. fin. tri. dicit quomodo cognoscenda sit qualitas obligationum a regulis religionis

nis, remittit se ad regulas quas tradit verb. praecipium. §. 2. quae sunt ad dignoscendam obligationem legis ecclesiasticae, & ratio est, quia regulae sunt quaedam leges ecclesiasticae. Et eodem modo diuicandum esse de obligatione praecipiorum superioris, & regolae, tradunt Abb. rubric. de obseruat. ieiunior. fine. Sylu. verb. praecipium. q. 3. Armil. verb. inobediencia. num. 2. & D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. q. 186. art. 9. in fine corporis equipatur praecipua, siue ote tenus a superiore impositum, siue in regula expressum. Et ratio est, quia ius obligationis vtriusque ex superioris auctoritate & voluntate obligandi, ac grauitate materiae confurgit.

Ad discernendum autem, quando lex ecclesiastica, vel civilis obliget ad culpam mortalem, traduntur diuersae regulae a Doctores, quae omnes vt culpa sit mortalis, supponunt necessario materiam esse grauem. Nam quando materia non est ita grauis, vt culpe mortalis capax sit, quantumcumque intendat legislator obligare ad mortale, & quibuscumque verbis, & penis vitatur, non obligabit ad mortale, vt lib. 1. huius tract. c. 4. num. 4. probauimus, ubi etiam explicuimus, vndenam materiae grauitas dignoscenda sit.

Supposita autem hac materiae grauitate, traduntur regulae quaedam ad hoc dignoscendum. Prima est. Si legislatoris intentio perspicue cognosci possit, ea materiae graue sua ad mortale obliget, obligabit ad mortale, dummodo (vt diximus num. praeced.) materia sit ita grauis, vt capax sit eius obligationis. Si autem intentio sit obligare ad solam venialem, ad id solum obligabit. Ratio est, quia lex diuina naturalis dicit parendum esse superiori praecipio, eo modo quo ab ipsis proficiuntur, ita vt quando a tota superiorum auctoritate dimanant, totaque ea nituntur, ac proinde volunt, quantum possunt, obligare, dicitur illis in materia graui sub mortali parendum. Quando autem non est tota, & adequata superiorum auctoritate emanant, sed secundum partem eius, eo quod nolint, in quantum possunt, obligare; sed se cundum partem, non obligent simpliciter, & sub mortali, sed secundum quid, & sub veniali. Secundo, quia cum tota legis obligatio pendat ex legislatoris voluntate, existentibus conditionibus necessariis ad legis vigorem, si legislator velit obligare ad mortale, sic obligabit: & si nolit, sed solum ad veniale, non amplius obligabit. Hinc regulam videtur tradere Abbas c. nam concupiscentiam. num. 2. de consuet. & ibi Anton. num. ult. Gabriel. 4. dist. 16. q. art. 1. ad finem. Angel. verb. lex. num. 3. & ibi Armil. num. 4. Sylu. verb. praecipium. q. 3. Caiet. sum. verb. praecipii transgressio. vers. pena praecipiorum ad finem. Ioan. Medin. Cade ieiunio. q. de necessitate seruandi ieiunij, vt ieiunet quodammodo. Ledelm. 2. part. 4. q. 17. art. 2. dub. 6. ubi docent, ad legis obligationem, an sit sub mortali, discernendam, confugiendum esse ad legislatoris intentionem; a qua ea obligatio pendet: quippe si in materia graui non posset sub solo veniali obligare, cum in ea sola possit sub mortali, nihil referet eius intentio: & clarius Nanari. sum. c. 23. Hispan. num. 47. Latin. num. 49. ubi ait nullas leges obligare sub mortali, quam legislatores non intendunt sic obligare; & Sot. lib. 1. de iustitia. quest. 6. art. 4. col. 9. vers. sed soluenda. ubi sic ait: Potest Princeps leges ferre, quae ad nullam culpam obligent. Et in propriis terminis tradunt esse in potestate legislatoris, ad nullam culpam obligare, aut etiam in materia graui ad solam venialem, Cast. de leg. penal. c. 5. lib. 1. docum. 4. statim in princ. & c. 12. paulo post princ. in probat. 2. part. conclusi. Toled. in fine sum. ubi de peccato mortali. c. 19. num. 3. c. 4. c. 6. 20. num. 3. Valent. 1. 2. dist. 7. quest. 5. puncto 6. quast. 2. Sagr. vs. clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 1. c. 17. Carbon de legib. lib. 7. dist. 4. paulo post principium. reg. 1. & id dicit esse valde probabile Leonard. de iust. lib. 2. c. 42. dub. 9. num. 76. vers. tertio tenetur: & quid simile de voto diximus lib. 4. huius tract. c. 1. num. 30. & de sponsal. lib. 1. de matrim. dist. 9. num. 6. ubi ostendimus, propter limitatam intentionem im-

ponentis sibi obligationem voti, aut sponsalium, posse restringi eorum rigorem, vt tantum sit leuis obligatio, quae alijs futura erat grauis.

26 Verum contra hanc regulam tenet Victor. *relect. de potest. civil. num. 19.* Mexia *praeq. panis. cond. 1. num. 11.* Aragon 2. 2. q. 62. art. 3. col. 5. *Secundo est aduertendum.* Barth. à Meti. 1. 2. q. 96. art. 4. fol. 87. 4. & latissime Valquez *eodem art. 4. disp. 1. §. 8. 2. 3. num. 17. & c. 4. 1. num. 32. vsque ad 37.* Salon 2. 2. q. 77. art. 1. controuers. 8. col. 1. §. tertio quia non possunt. Bellarm. *com. controuers. part. 2. controuers. 5. de membr. Eccles. militum. lib. 3. c. 11. in solut. ad penult.* qui dicunt in legiflatoris potestate non esse, posito praecipio non obligare subditos, aut constituere differentiam obligationis sub mortali, vel veniali: sed obligationem legis in eo solo sensu pendere ex legiflatoris voluntate, atque inde sumendam esse, quia in illius potestate est, praecipere vt superior inferioribus, vel solum proponere, & (vt dici solet) ordinare, & dirigere per modum consilij; at posito praecipio, velit, nolit, id obligabit iuxta naturam materiae praecipitae, nimirum, si ea grauis sit, sub mortali, & si leuis, sub veniali. Idem clare indicat Dued. *lib. 3. de libert. Christi. §. ad 5. argum.* vbi ait praecipitum intentionem non facere praecipium habere maiorem, vel minorem obligandi efficaciam, sed necessitatem, & dignitatem materiae praecipitae, vnde dicitur, quia quamuis ex legiflatoris voluntate pendat praecipere, et non praecipere: at imposito semel praecipio, ipsa obligabit vis ex iure ipso naturali dicitur superioribus parendum, detinatur. Secundo, quia tam stulta voluntas est, velle vt praecipium de re magni momenti, vt pote quod maximi ponderis esse debet, leniter, & sub veniali obliget; quam vt praecipium rei leuis obliget sub mortali, & graue sit. At omnes faciunt hoc non posse (superiorem efficere: ergo nec illud efficere potest. Tertio, quia differentia peccati mortalis, & venialis ex nulla voluntate pendet, sed ex operis ipsius natura. Tandem, quia obligatio praecipii non est ipsa praecipii substantia, sed effectus eius; & ideo substantia praecipii est prior, quae est insinuat superioris, vt fiat aliquid. Ergo ea existente, sequitur necessitudo eius effectus, qui est obligatio pro materiae praecipitae qualitate. Ceterum, quamuis haec rationes satis vrgant, & valde probabilem reddant hanc sententiam, non est tamen recedendum à regula tradita num. praecedenti; & ideo dicendum est, quantumcumque grauis sit materia praecipii, pendere à legiflatoris voluntate ad nullam culpam obligare, sed ad solam poenam subeundam, vel ad solam veniam, vt ibi probauimus, & ex argumentorum contraria oppositorum solutione amplius constabit. Ad primum respondetur, antecedens verum esse quando praecipium dimanat à tota superioris voluntate, & potestate, à quibus vim habet, secus quando ab eis maduatur, & secundum quod procedit, vt nam praecipit. explicuimus, sicut ipsi fatentur posse ita praecipium procedere à superioris voluntate, vt ad nullam culpam prioris obliget. Ad secundum, neganda est maior, quia grauem obligationem imponere in materia re vera leui, excedit rationis limites, ita vt nulla ratione iussit effici possit; & proinde excedit potestatem superioribus traditam, vt pote quae ad conuenientem, & rectam gubernationem est. At in materia graui non obligare ad mortale, potest ex aliqua causa iustam reddi, vt ne multiplicentur praecipia grauis, & vt suauior sit gubernatio. Et ideo licet potest superior nullam tunc imponere praecipium, ita ei quoque datum est, vt non imponat ad quatum toti suae potestati, sed limitet iuxta suam voluntatis limites. Ad tertium dico, differentiam mortalis, & venialis non pendere proximè ex superioris voluntate, sed mediata, nempe, quia pendet ex voluntate superioris imponere praecipium secundum totam suam potestatem, & sic obligans ad mortale, vel solum secundum partem, & sic obligans ad solum veniale. Ad vltimum fateor, prius natura esse substantiam praecipii, quam eius obligati-

tionem; & ideo posita praecipii substantia, sequitur necessitudo eius obligatio; & seruat proportionem cum substantia praecipii. Si enim apponatur ex superioris insinuatō secundum totam suam potestatem, sequitur obligatio totalis, secus si secundum partem tantum.

Secunda regula est communis consuetudo, & existimatio communitatis cui lex traditur. Quibuscumque enim verbis lex tradatur, si communis sensus eorum qui illa tenentur, eam intellexit, & acceptauit, vt obligantem sub mortali; obligabit sub mortali; si verò vt obligantem sub veniali, obligabit sub veniali. Ratio est, quia consuetudo est optima legum interpretatio. *cum dilectus. de consuetud. l. si de interpretatione. ff. de legib. nec lex aliter obligat, quam communiter recepta sit.* Hanc aperte tradere videntur Doctores, quos num. 39. referemus, qui agentes de verbis imperatiui, an praecipium importent, dicunt attendendam in primis consuetudinem qualiter ea verba vsurpant, illique standum: & Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. circa solut. ad 2. & in sum. verb. praecipii transgressio. §. pana praecipitorum. Caltr. *lib. 1. de leg. penal. c. 5. docum. 4. Nauar. sum. c. 23. Latin. num. 58. Hispan. num. 63. Cordu. in reg. D. Franc. c. 10. quast. 3. punct. 1. in secundo modo cognoscendi quando praecipium obliget. Emmanuel. S. sum. verb. lex. num. 3. Tolet. in fin. sum. vbi de peccat. mortal. c. 19. num. 7. Salon 2. 2. q. 77. art. 1. controuers. 8. reg. 4. Sayr. lib. 3. clau. regia. c. 7. num. 23. Carbon. ea disp. 4. reg. 1. Valent. 1. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. colum. antepenult. vers. circa tertiam circumstantiam. vbi addit, vix posse aliam vniuersalem regulam tradi praeter hanc, & c. 12. disp. 7. q. 5. punct. 6. quastione. 3. in quinto signo. & ad finem illius quastione. 3. vers. ad eandem verò quastionem, dicit, hoc esse vnicum signum, ex quo sufficienter colligi possit, legem omnibus confideratis obligare sub mortali, nempe, communem populi receptionem pro maiori communitatis parte sic acceptantem, & intelligentem legem, idque dignoscendum esse ex communi iudicio, & sensu bonorum, & peritorum.*

Tertia regula est. Attendendum quoque est consuetus 28 modus praecipendi, per quemcumque verba fiat, & consuetudo regionis, & religionis in modo loquendi obseruanda est, quia ex illa satis deducitur praecipitum intentione. Ita docent Angel. verb. lex. num. 3. Syluest. verb. praecipium. q. 2. fin. & ibi Armil. num. 7. fin. & verb. lex. num. 4. & Valquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 1. §. 8. 3. num. 24.

S V M M A R I V M.

An si verba sint praecipii, vel aequipollentia praecipio, inducatur obligatio sub mortali, tam in iure canonico, quam in iure rectorum quoad sententiam. n. 29. Explicatur sententia authorum n. 30. An vera regula sit de sumenda ex grauitate, vel leuitate. n. 31. In ratione subiectae materiae verba importauit consilium in, vbi potest aliquando praecipium, & contra, & quando id accidit n. 32. An importet praecipium haec verba, Praecipio, Iubeo, Impero, Edico, Iniungo? n. 33. Quid de verbo Prohibeo, Inhibeo, Veto, Interdico? n. 34. Quid de verbo Mando? n. 35. Quid de verbo Debeo? n. 36. Quid de verbo Oportet? n. 37. Quid de verbo Tenentur? Non licet, Non potest, & cetera. Necesso est? n. 38. Quid de verbis modi imperatiui? n. 39. Quid de verbis Hortamur, Ordinamus, Statuimus, Inuoluimus, Volumus, Sancimus? n. 40. Quid de verbo Decernimus? n. 41. An saltem haec verba inducant obligationem, sub veniali? n. 42. Quid quando tractat in virtute obedientiae, vel Spiritus sancti?

sancti, vel in nomine Iesu, aut sub interminatione gehennae, sub poena praesentis iuramenti, vel in illius virtute, vel sub poena maledictionis aeternae, vel Dei, vel sub indignatione Dei, vel Apostolorum Petri, & Pauli, vel sub stricto Dei iudicio, vel sub obestratione diuini iudicij, vel stricto, seu arcto, vel sub praecipio n. 43.

Quid si tunc verba sint commanina, nec ex se obligationem inducantia? n. 44.

Quid si superior talis esset qui nequirit praecipere in virtute obedientiae, vel spiritus sancti, vt Abbas? n. 45.

Quid si dubium sit, an materia sit grauis, an tunc standum sit iudicio superioris, & an quando constat esse leuem, obliget id praecipium sub veniali? n. 46.

29 Maior est dissensio Doctorem circa alia duo, quae in praesenti materia quae ferunt. Primum est, an & quomodo ex verbis legum, & praecipitorum colligi possit intentio superiorum inducendi aliquam obligationem, aut inducendi grauem, seu leuem? Aliud est, an idem possit colligi ex poenis? Circa primum difficultatem aliqui existimant, quoties in iure canonico aliquid statuitur per verba praecipii, aut aequipollentia praecipio (quae à num. 3. explicabimus qualia sunt) denotari illius canonis transgressionem esse culpam mortalem, nisi aliunde contrarium deducatur. At in solo iure canonico dicunt ea verba habere hanc vim, vt intentionem obligandi sub mortali denotent: fecus in legibus diuinis, naturalibus, aut ciuilibus, in quibus intentio obligandi sub mortali aliunde deducenda est. Ducuntur, quia ea verba sunt ex se indifferentia ad obligationem sub mortali, & veniali: praecipium enim est non dicendi verbi otiosi, non mentendi, quae ad solum veniale obligant. At nec vsus, nec legiflator ipsius ciuilibus, nec Scripturae sacrae declarauerunt ea verba inducere obligationem sub mortali, sed in iure solo canonico id declaratum est in Clement. ex. 1. §. cum igitur. vers. declaramus, de verb. significat. vbi ex hoc fundamento tanquam generali, decidit Pontifex regulas D. Francisci videntes verbo praecipii, aut aequipollentis obligare sub mortali. Nec valet solutio dicentium id tantum declarasse Pontificem pro regula D. Francisci, vt pote quae magna perfectionis; quia re vera Pontifex ex vi verbi id probat. *Aperte dixerunt quoad quaedam ipsorum ex vi verbi, transgressio est mortalis, & quoad quaedam alia non, cum ad quaedam ipsorum verbum apponatur praecipium, vel aequipollentis eidem, & quoad aliqua verba alius sit contentus.* Et ideo hanc regulam tradunt Caltr. *lib. 1. de leg. penal. c. 5. docum. 4. Nauar. sum. c. 23. Hispan. num. 50. 51. 54. 55. Latin. num. 52. 53. 54. Valent. 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. quastione. 3. in 6. signo. Philarc. de offic. iudic. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. disp. 12. Sayr. clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 27. eandem tamen de rege ecclesiastica nullam legis diuinae, aut naturalis, aut ciuilibus mentionem facientes, Gutier. 99. canonice. lib. 1. c. 7. num. 21. Emmanuel. S. sum. verb. lex. num. 6. & tandem sequuntur loquentes indistinctè de omnibus lib. 3. ducti auctoritate illius Clement. Abb. c. nam consensu. num. 2. & 3. de consuet. & ribr. de obseruat. i. c. in fine. Caiet. 1. 2. q. 186. art. 9. circa solut. ad 2. Gabriel 4. dist. 17. q. 3. art. 1. ad fin. Eucard. loco ab aequipollentibus. num. 11. Angel. verb. lex. num. 3. Syluest. verb. praecipium. quast. 2. Armil. verb. lex. num. 4. Ioan. Med. c. de iur. quast. de necessitat. seruand. seu. §. vt igitur quodammodo. Carbon. de legib. lib. 7. disp. 4. proposit. 2. & disp. 5. proposit. 3. Immo Azor lib. 5. in sum. tom. 1. c. 6. q. 9. vt probata sub praedicta distinctione docet, omnia verba praedicta in quacumque lege importare obligationem sub mortali.*

30 At iure optimo regulam hanc impugnant Ledesin. 2. part. 4. q. 17. art. 2. dub. 6. Barth. de Medin. 1. 2. q. 96. art. 4. fol. 87. 4. & ibi Valq. disp. 158. c. 4. num. 3. & 35. Tolet. in fin. sum. verb. lex. de peccat. mortal. c. 10. num. 2. & 3. Salon 2. 2. q. 77. art. 1. controuers. 8. col. 4. §. sed quamuis verissimum, dicentes, verba praecipii, aut aequipollentia in quacumque lege posita non sufficienter indicare intentionem

legiflatoris obligandi ad mortale; sed aliunde eam intentionem deducendam esse. Et ita optime Caiet. in sum. verb. praecipii transgressio. §. pana praecipitorum, dixit ex his verbis incertum esse iudicium in iure: quare optime Valquez ibidem ait praedicta verba solum attendenda esse ad cognoscendum, an contentio habeat vim praecipii obligantis in conscientia, an solum simplicis constitutionis ad nullam culpam obligantis; suppositis autem verbis obligantibus, esse aliunde petendum, an obligatio sub mortali, an potius sub veniali sit. Quod idem aperte sentit Molin. quem num. sequenti referemus. Ratio autem huius est, quia cum omnia ea verba sint suapte natura indifferentia ad denotandum obligationem sub mortali, & sub veniali, nulla ratio sufficiens est suadens eis deduci obligationem sub mortali. Nam Clement. ex. 1. de verb. significat. cui contrarij inniuntur, id nimium probat; nam Pontifex ibi non definit quando lex verò praecipiens obliget sub mortali; quando autem sub veniali. Nec de hac re consultus fuit, sed tantum an fratres Franciscani ad omnia euangelica consilia, & ad omnia contenta in regula teneantur. Et primo responderet, eos non teneri ad consilia non contenta in regula. Deinde dicit, ad contenta in regula non aequè eos teneri, sed ad quaedam teneri sub mortali; vt verò sub veniali teneantur ex alio capite, non de hinc; nec sola vi verbi praecipii, aut aequipollentis nititur ad declarandam obligationem sub mortali, sed ea vi simul cum materiae praecipii grauitate, quae iure optimo grauis confertur debet ad illius religionis finem; & sic materiae grauitas determinat verba illa praecipii, aut aequipollentia, quae de se vtrique obligationi indifferentia erant, vt verbus obligatio inducitur sub mortali. Deinde si solis verbis niteretur, nulla esset differentia à quibusdam Doctoisibus contrariae sententiae statuta, inter ea verba in iure ecclesiastico, & in iure ciuili posita, cum Pontifex nihil speciale ibi de iure canonico definit, nec innititur viui illorum verborum recepto in iure canonico, sed virtuti, & naturae verborum. Quare optime dicit Valq. eo. n. 30. eandem vim habere ea verba in vtroque iure posita. Atque ita aliqui ex contrariis Doctoisibus non distinxerunt, & alij clare dixerunt idem esse in vtroque iure (vt n. praeced. retulimus). Praeterea, quia Victoria *relect. de potest. ciuili. n. 18.* & Bellarm. in suis *controuers. tom. 1. part. 2. controuers. 5. de membr. Eccles. milit. lib. 3. cap. 11. statim in principio* tradunt ad discernendum, an leges humanae obligent sub mortali, an potius sub solo veniali, oportere eas considerare, ac si essent diuinae: nam humana lex, quae si esset diuina, obligaret sub mortali, obligabit sub mortali, & quae si esset diuina, obligaret sub veniali, obligabit sub veniali; quantum id hoc enim nihil refert, sed eodem modo obligat, ac si esset lata à Deo, et si non ita firmiter. Ergo si lata à Deo sub illis verbis non est sufficiens iudicium, vt sub mortali obliget, prout aduersarij fatentur; ergo nec erit sufficiens huius obligationis iudicium, quando sub illis fertur ab homine in quouis iure.

31 Quare vbi nec de legiflatoris intentione volentis obligare sub mortali, an sub solo veniali, aliunde constat, nec de communi legis intellectu, vt regula ad discernendum hanc obligationem de sumenda est ex grauitate, vel leuitate materiae praecipitae, & si illa grauis sit respectu finis legiflatoris intenti, lex obligabit sub mortali; & si leuis, obligabit sub veniali. Et ita docent Barthol. Medi. & Valquez n. praecedenti allegari, quamuis ipsi velint id verum esse, est constet legiflatorem voluisse obligare sub solo veniali in illa materia graui, eo quod eius intentio sit, vt tunc, velit, nolit, obliget lex sub mortali (vt retulimus n. 26.) Sed quia nos contrarium tenuimus n. 25. addidimus, quando non constat de limitata legiflatoris voluntate, recurrendum omnino ad materiae grauitatem. Idem tenet Victor. *relect. de potest. ciuili. n. 19. vbi ait, an lex sit diuina, siue humana obliget*

set ad mortale, vel veniale, relinquendum ex sola materiz qualitate. Idem docet Aragon 2. l. 2. q. 6. 2. art. 3. col. 6. & si quis quarat, vbi dicit generaliter quantitate obligationis fumendam esse de rei precepte qualitate. Et melius id docet Molin. tom. 2. de iust. disp. 3. 4. 4. ad fin. vbi ait, non quacumque à Summo Pontifice prohibita, aut precepta, prohiberi, aut precepti sub reatu lethali culpe, esto precepta condacta culpam obligantia, & esto dicat ex diuini honoris affectu, licet firmiter prohibere: sed ad discernendum, an sub lethali, aut veniali culpa obligent, spectandam esse dignitatem materiz precepte, & pœnam lege transgressoribus statutam. Idem docent Carbon de legib. lib. 7. disp. 4. proposit. 1. & Sayr. in clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 15.

32 Sed restat explicare, quæ verba præceptum importent, & quæ æquipollent præcepto, & quæ communia & indifferentia sint, & præceptis, & consiliis. In qua re supponendum est, ratione subiectæ materiz quandoque verba importantia consilium, sumi pro præcepti verbis, & e contra hæc pro verbis consilij, vt verbum, *Rogo*, exponitur pro *Præcepto* c. 1. q. 3. vt docet ibi Gloss. verb. *Rogo*. & *Præcepto* fumiur pro *Motuo* c. 2. 12. q. 1. vt ibi notat Gloss. final. Et ita animaduertunt Anton. c. nam concupiscentiam, sine de consensu. & ibi Abbas num. 3. Imol. n. 8. Syluest. verb. præceptum. q. 2. quamuis possit dici cum Dec. eo c. nam concupiscentiam. in 1. lectur. in nou. edit. num. 21. c. 22. tunc non sumi verbum *Rogo* improprie; quia quamuis res illa sit alio iure præcepta, potest quoque in alio iure rogari. Tunc autem contingit verba sic sumi improprie, vt bene notant Anton. & Imol. ibidem, quando constat materiam esse præcepti; tunc quibuscumque verbis consilium importantis textus vtatur, ea improprie vsurpantur, vt præceptum importent. Et e contra, quando constat materiam esse solius consilij, quæcumque apponantur verba præceptum significantia, vsurpantur improprie pro verbis consilij. Quando autem neutrum constat, spectandus est verborum rigor, sique seruandus.

33 Verba ergo præceptum importantia sunt, *Præcepti* prout clarè constat, & docent omnes, idem importat *li* beo. Et ita docent Gloss. Clement. Pastoral. verb. de more, & sentent. & re iudic. & Clement. final. verb. iubemus, de testi & ibi Cardin. num. 1. Imol. num. 2. Bart. l. sape ad finem, de offic. Præsid. Anton. c. nam concupiscentiam sine de constitutione. & ibi Felin. num. 5. Bonifac. Clement. 2. num. 23. de poenit. & remission. & l. 2. num. 1. Communia, de legat. Ange verb. lex. num. 3. & ibi Tabien. q. 28. num. 39. Artil. num. Syluest. verb. præceptum. q. 2. Gabriel 4. dist. 16. q. 3. art. ad finem. Castr. lib. 3. de leg. pœnal. c. 5. docum. 4. Gutierrez q. 9. canon. lib. 1. c. 7. num. 21. Azor tom. 1. institution. moral. lib. 5. c. 6. q. 5. Vazquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 3. no. 22. Philiac. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. Sayr. clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 27. quamuis minus bene Etmanuel Sà in sum. verb. lex. num. 6. dicat verbum *Præcepti* minus importare præceptum, non autem verbum *Iubemus* quippe idem importat vtique verbum. Idemque importat hæc verba, *Impero*, *Edico*, ita docet Azor ibidem. Idem importat verbum *Iniungimus*, ita docet Gloss. Clement. quia contingit. verb. iniungimus. de religio. domib. & ibi Imol. d. 1. Cardinal. ibi vers. in quo. num. 1. Felin. d. c. nam concupiscentiam. num. 5.

34 Similiter important præceptum verba significantia prohibitionem, qualia sunt, *Prohibeo*, *Inhibeo*, *Veto*, *Inuadito*: quippe omnis prohibitio præceptum abstinenti se à re prohibita continet. Sic tradunt Archidiacon. c. interdixit. num. 2. dist. 1. 32. Anton. d. c. nam concupiscentiam, sine de constitutione. & ibi Abb. num. 5. Felin. num. 5. Alex. de Neuo num. 21. idem Abb. c. relatum. num. 6. ne clericis, vel monachi. Angel. Syluest. Artil. Gabriel, Gutier. Sayr. Vazquez, Azor. n. preced. allegati, & Euerard. loco ab æquipoll. num. 11.

35 Circa hoc verbum *Mando*, est difficultas; quidam

enim assignant discrimen inter verbum, *Præcepto*, & *Mando*, vt illud importet obligationem sub mortali, hoc autem sub veniali. Ita docet Syluest. verb. lex. q. 8. & dicit esse communem hæc differentiam. D. Anton. 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3. & 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 9. sine. & videtur tenere Azor lib. 5. institut. cap. 6. q. 5. & Emmanuel Sà in sum. verb. lex. num. 6. vbi dicunt, id verbum non importare grauem obligationem, & id non afferre præceptum. Docent etiam Glossa l. sape. verb. necessitatem. ff. de offic. Præsid. & ibi Bart. ad finem. & l. 2. num. 1. Communia, de legat. Cardinal. Clement. fin. num. 3. prope finem, de procuratoribus. At dicendum est, importare præceptum, sicut etiam verbum *Præcepto*, nam quamuis interdum accipiatur pro *Commisso*; at quando in constitutione aliquid statuunt ponitur, importat præceptum. Et ita merito D. Anton. vtroque loco citato ait, *Mando*, & *Præcepto*, vsurpantur communiter pro eodem, & importare præceptum. Docent Archidiacon. c. fin. num. 3. 1. 4. quest. 1. Anton. c. nam concupiscentiam, sine de consensu. & ibi Alex. de Neuo num. 2. 4. Felin. num. 5. & 7. & e. am. te. num. 11. differens. 5. de rescript. & ibi Abb. num. 4. Bonifac. Clement. 2. num. 23. de poenit. & remission. Syluest. Gabr. Castr. allegati n. 32. Vazquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 3. num. 23. & cap. 6. num. 5. vbi merito reprobat differentiam illam ab aliquibus traditam inter *Mando*, & *Præcepto*, dicens vtique verbum posse ad mortale, seu veniale obligare.

Verba æquipollentia præcepto sunt, *Debeo*: quippe 36 ex propria significatione non debetum honestatis, sed præcepti importat. Est aliquando per accidens ratione subiectæ materiz debetum solius honestatis importet, vt ex multis Doctoribus probauimus lib. 4. de matrim. dist. 23. num. 22. & præter authores ibi citatos, idem docent Felin. c. nam concupiscentiam, num. 6. de consensu. & ibi Alex. de Neuo num. 25. Tabien. verb. lex. q. 28. num. 29. Tolet. in fin. sum. vbi de peccat. mortal. cap. 20. num. 2. Azor lib. 5. institut. moral. c. 6. q. 5. Vazq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 3. num. 11. Emmanuel Sà sum. verb. lex. num. 6. Philiac. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. & constat ex c. si quis. 1. & c. si Episcopus. 11. q. 3. & c. si eum Ecclesia. 12. q. 2. & c. propositus. 8. super quo. & c. oblate, de appellat. & c. 27. fame. 8. respondimus, de sentent. excom. in quibus locus significat præceptum, quamuis aliqui pauci, quos ad disp. 23. num. 2. retulimus, dicant non importare præceptum. Quod est tantum verum in triplici casu. Primum est, quando subiecta materia id petit: quod accidit, quando si importaret præceptum, resularet absurdum intellectus, vel alicuius iuris correctio. l. Prætor. in principio. ff. de edendo. Ita Bart. l. creditores. l. 2. num. 3. c. a. pignor. Imola Clement. attendentes. num. 2. Ratu. monachor. Secundus est, quando dispositio legetur, vt prius est principaliter in fauorem eius, cuius ad quem refertur. Et ratio est, quia cum potest ad quem refertur, non potest debetum præcepti, & sitatis importare, vt colligitur ex leuon. pater. 79. §. l. d. ff. de legat. 2. vbi Gloss. verb. iuri, tradit prædictam rationem. Et ita docent Bart. eod. num. 3. & l. sape in fine. ff. de offic. Præsid. Felin. d. c. nam concupiscentiam, num. 8. limitat. 2. Vltimus est, quando adiungitur particula importans consilium, vt si dicat, humiliter debet. Sic Gloss. c. 1. verb. humiliter. d. 6. Sed cum hæc acceptiones improprie sint, & ex peculiari ratione concurrenti distrahatur verbum, *Debeo*, à propria significatione, qua & vt debetum præcepti importet, non sunt ad consequentiam trahendum, vt bene animaduertunt Gabr. 4. dist. 16. q. 3. art. 1. ad finem. Angel. verb. lex. num. 3. Syluest. verb. præceptum. q. 2.

Sed de verbo, *Oportet*, est difficultas; quidam enim dicunt suapte natura importare necessitatem, & debetum præcepti, etiam quandoque per accidens ratione subiectæ materiz importet debetum honestatis, sicut n. præced. diximus. Idem de verbo, *Debet*. Sic docet Gloss. l. 1. verb.

l. 1. verb. prius. ff. de iust. & iur. & ibi Bart. sicut in princ. Salom. num. 9. Anton. c. nam concupiscentiam, in fin. de constitutione. & ibi Imol. num. 10. Alexand. de Neuo num. 25. Felin. num. 5. & c. si qui testium. num. 3. de testib. Fortun. quem refert, & sequitur Nauar. sum. c. 23. Hisp. num. 51. Latin. num. 53. Ioan. à Meti. C. de ieiunio. q. de necessu seruaz. ieiun. §. vt igitur quodam modo. Tolet. in fin. sum. vbi de peccat. mortal. cap. 20. num. 2. Emmanuel Sà sum. verb. lex. num. 6. Valent. 1. 2. disp. 7. q. 5. panib. 6. questione. 3. vers. sunt autem circa hæc. Philiac. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. At verius est, solius honestatis debitum importare, quia id verbum est indifferens, & aliquando debetum præcepti, aliquando debetum honestatis importat, & bene tradunt Gloss. c. 1. verb. oportet. de præcipi. in 6. & c. 1. verb. oportet. 25. q. 1. & ibi Archidiacon. n. 2. Turrecrem. num. 2. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. controuer. 8. col. 5. §. ex his sequitur. Carbon de legib. lib. 7. disp. 4. ad finem. Non ergo recurrendum est inter verba æquipollentia præcepto, eo vel maxime quod (vt dicemus n. 66.) in dubio, an verbum importet præceptum, an potius consilium, benignior pars, vt solum consilium importet, accipienda est. Et ita docent Castr. lib. 1. de leg. pœnal. c. 5. docum. 4.

38 Præterea, sunt verba æquipollentia præcepto, tenentur; & docent Castr. eo docum. 4. Vazq. eo c. 3. n. 21. Emmanuel Sà in sum. verb. lex. num. 6. Sayr. clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 27. Azor lib. 5. institut. moral. c. 6. quest. 5. vbi idem bene dicit de verbo, *obligentur*: quia eadem est significatio. Similiter æquipollent præcepto omnia verba necessitatem importantia, vt, *necessario*, *necessè est*; & docent Gloss. c. domino. verb. necessè. disp. 50. & ibi Archidiacon. n. 1. Præposit. coll. 2. Ioan. à Meti. citatus n. præcedent. Castr. & Vazq. Sayr. proxime allegati, Philiac. n. præcedent. relatus. Idem dicendum est de verbo, *non licet*, sic Castr. Metina, Philiac. Vazq. ibidem. Idem dicendum est de verbo, *non potest*, vt bene docent Castr. & Vazq. ibidem. Et ratio est, quia verbum, *non potest*, præcram necessitatem importat, vt ex multis probauimus lib. 6. de matrim. disp. 38. n. 20.

39 De verbis imperatiui est rursus difficultas, vt, *facite*, vel, *faciant*: quidam enim dicunt ex se importare præceptum, quia quod imperatur necesse est fieri. Sic Decius c. nam concupiscentiam, in 1. lect. fin. de constitutione. citatur Abb. c. vester. n. 3. notab. 2. de cohabitac. clericor. & mulier. At hoc non dicit ita generaliter, immo ait, an id sit verum generaliter, colligendum esse ex Clement. exiuit, de verb. signif. Alij autem dicunt importare præceptum, sub solo tamen veniali obligans. Sic Nauar. sum. c. 23. Hisp. num. 48. Latin. num. 49. Emmanuel Sà sum. verb. lex. num. 5. Philiac. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. num. 7. 1. 8. significat Sayr. clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 26. ait enim non importare obligationem sub mortali. Alij dicunt ea non importare præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba, & quando ius, vel superior aliquid sub culpa præcipere vult, fortioribus terminis vt solet. Sic Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. circa solut. ad 2. Castr. eo docum. 4. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. contr. 8. col. 3. vers. ex his sequitur. Carbon de legib. lib. 7. disp. 4. ad finem. Vazq. eo c. 3. num. 24. limitatque num. 25. præterquam in legibus contentis in iure canonico, & Conciliis, que per solum imperatiui verbum obligant ad culpam: quod intelligendum est iuxta materiam grauitatem, & necessitatem. Sed dicendum est, standum esse consuetudini regionis acceptantis, & intelligentis ea verba. Si enim ea explicuit tanquam verba præcepti, continent præceptum, si verò tanquam verba consilij, continentur consilium. Vbi autem consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam; & si ea magni ponderis, & necessitatis sit, & verisimile sit, cam sic à superiore ponderatam, continere præceptum: seus autem non. Probat hoc ex Clement. exiuit, 5. item quia. vers. nos itaque, de verb. signif. vbi Pontifex expressè dixit,

xit, verba imperatiui nec continere præceptum, nec est æquipollente, & statim ex materiz grauitate præceptum colligit. Sic Anton. c. nam concupiscentiam, in fin. de consensu. & ibi Abb. num. 4. Imola num. 10. Felin. num. 8. vers. de aliquibus autem verbis. Alex. de Neuo nu. 16. idem Abbi. c. relatum. nu. 6. ne clericis, vel monachi. Angel. verb. lex. n. 3. & ibi Tabien. q. 28. num. 29. Artil. num. 4. & ipse Vazq. eo art. 4. disp. 159. cap. 2. num. 10. dicit verba imperatiui importare præceptum, quando aliquoq materia illius legis plurimum interest Reipublicæ, & sic tenet hanc sententiam. Eandem sequuntur Syluest. verb. præceptum. q. 2. Euerard. loco ab æquipollentibus. num. 11. & alij plures. Addunt insuper Imol. & Alex. de Neuo, importare verba hæc præceptum ratione alicuius adiuncti, vt si dicat, facias, vt tenaris. Nec obstat ratio Decij probantis semper ea verba importare præceptum, quia vt bene ait Caietanus proxime allegatus) verba imperatiui Grammaticè important præceptum, non autem iuridicè.

Tandem alia sunt verba communia, quæ nec sunt præcepti, nec æquipollentia præcepto; qualia sunt, *Monemus*, *hortamur*, & similia, quod omnes fateantur. Inter hæc numeratur, *Ordinamus*. Sic Abbas vtr. de obseruat. ieiunior. sine. Angel. verb. lex. num. 3. Syluest. verb. præceptum. q. 2. Artil. verb. lex. num. 4. Gabr. 4. dist. 16. q. 3. art. 1. ad finem. Castr. eo docum. 4. Ioan à Meti. C. de ieiunio. q. de necessitu seruaz. ieiun. §. vt igitur quodam modo. Ledef. 2. part. q. 17. art. 2. dub. 6. Nauar. sum. c. 23. Hisp. num. 48. Latin. num. 47. Gutierrez q. 9. canon. lib. 1. c. 7. num. 25. Azor tom. 1. institution. lib. 5. cap. 6. q. 5. Emmanuel Sà sum. verb. lex. num. 6. Vazq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 3. num. 23. Philiac. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. Sayr. clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 28. Idem de verb. Statuimus; Anton. c. nam concupiscentiam, sine de constitutionibus. & ibi Abb. num. 4. & vtr. de obseruat. ieiunior. sine. Angel. Syluest. Castr. Gabr. Ioann. Meti. Ledef. Nauar. Gutier. Azor. Vazq. & Sayr. citati, Tabien. verb. lex. quest. 28. num. 29. & ibi Artil. num. 4. & verb. præceptum. num. 7. Eandem bene ait Sayro de verbis, Scilicet, Consuetudinem; quamuis Felinus d. c. nam concupiscentiam. num. 8. limitat. & ibi Decim. 2. lect. in nou. edition. num. 25. Imol. nam. 8. & 9. dicant verbum, *Statuimus*, importare præceptum: quod potest probari, quia Glossa in fin. princ. Clement. sine de rescript. dicit verbum, *Statuimus*, inducere clementiam. Sed respondet bene Alex. de Neuo c. nam concupiscentiam, num. 28. de constitutionibus. etiam notum sit ius, non inde concludi obligare ad culpam; & idem dicit Felinus de aliis verbis communibus. Similiter est verbum commune *Imonamus*. Sic Gabr. Syluest. Angel. & Azor citati. Similiter est verbum commune, & non præcepti, nec æquipollentis præcepto, *Voluimus*. Sic Anton. Alex. de Neuo, Syluest. Castr. Gabr. Ioan. Metin. Ledefm. Gutier. citati, Azor, Philiac. Sayr. & Vazq. locis adductis, tamuis Imol. eo num. 8. & alij, quos tacito nomine fert Syluest. dicant verbum, *Voluimus*, esse præcepti, imiliter est verbum commune, *Intendimus*, vt docet Azor supra. Idemque dicendum est de verbo, *Sancimus*, scilicet esse commune, non præcepti, vt bene Castr. Vazquez & Gutier. allegati supra.

Sed de verbo, *Deterimus*, est specialis difficultas: 41 quidam asserunt importare necessitatem. Sic Gratian. dist. 4. in fin. Archidiacon. c. 1. num. 2. dist. 76. vbi Dominie. & Turrecrem. in fin. Anton. d. c. nam concupiscentiam. Felin. num. 8. limitat. 4. Imol. num. 9. Decius in 2. lectur. in nou. edit. num. 25. At verius est, esse verbum commune, & sic nec præcepti, nec præcepto æquipollentis. Sic docent Abb. c. nam concupiscentiam, num. 4. de consensu. Angel. Syluest. Tabien. Gabr. Castr. Gutier. Vazq. Azor n. præced. allegati, Artil. verb. præceptum. n. 7.

Non constat autem inter hos Doctores, an lex in qua prædicta verba continentur, proferat non obliget ad culpam; nam Abb. c. nam concupiscentiam, num. 4. de consensu.

constituit. & cetera. *num. 6. ne clerici, vel monachi.* Tabien. *verb. lex. num. 2. §. 2. 9. 2. 9.* & ibi *Armil. num. 4.* Emmanuel *Sa. num. 6.* dicunt prædicta verba communia indicare non esse legislatoris mentem obligare ad culpam mortalem: unde videntur sentire, esse mentem legislatoris, obligare ad veniale. Eodem modo loquendi vitur Azor *lib. 5. instit. moral. cap. 6. §. 9.* dicens hæc verba non continere grauem obligationem: atque expressè id tenent idem *Abb. rubr. de observat. ieiun. in fin.* & Nauar. *sum. cap. 23.* *Hisp. num. 48.* *Latin. num. 49.* *Philic. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 2. dist. 1.* At verius est tunc legem ad nullam culpam obligare, quia eam obligationem ea verba communia non important, & rigidioribus, atque expressioribus verbis vitur legislator, dum ad culpam obligare intendit. Et ita docent Anton. & Vazquez *n. 40.* allegati.

Denique circa hæc certum est inter Doctores, aliqua verba addi solere legibus, & præceptis, quibus clarè significatur intentionem præcipientium esse, obligare sub mortali, vt quando in præcepto dicitur id iuberi in virtute obedientie. Atque ita docent Gabr. 4. *dist. 16. §. 3. art. 1. ad finem.* D. Antonin. 2. *part. 4. c. 2. §. 3.* & 3. *part. 16. c. 1. §. 9. ad finem.* Angel. *verb. lex. n. 3.* Syluest. *verb. præceptum. q. 2.* Caiet. 2. *q. 186. art. 9. circa solutionem.* ad 2. Tabien. *verb. lex. q. 2. §. 8. num. 19.* & ibi *Armil. nu. 4.* *Caltr. lib. 1. de leg. penal. c. 5. docum. 4.* Ioan. Metin. *C. de ieiun. q. de necess. seruan. ieiun. §. vt igitur quodam modo.* Ledesm. 2. *part. 4. q. 17. art. 2. dub. 6.* Nauar. *sum. c. 23.* *Latin. num. 53.* *Hisp. num. 51.* Sayr. *clan. reg. lib. 3. cap. 7. num. 24.* Salon 2. *q. 77. art. 1. contra. 8. regul. 2.* Aragon 1. *2. q. 62. art. 3. col. 6. §. 5. & si quis querat.* Valent. 1. *2. dist. 7. §. 5. punct. 6. q. 3. in 3. signo.* & 2. *2. dist. 10. q. 4. punct. 5. col. antepenult. vers. præter hanc autem.* Manuel tom. 1. *sum. in 2. edition. c. 19. 2. num. 2.* Azor tom. 1. *instit. moral. lib. 5. cap. 6. quest. 5.* Idem si dicatur, virtute iurisdictionis præstiti, aut voti facti: quia perinde exigitur obedientia vi illius vinculi sub mortali obligantis debita. Azor *ibidem.* Atque idem effectus diceretur, sub pœna præstiti: quia similiter exigitur obedientia, virtute iuramentum debita: atque idem sensus est, ac dicere, virtute iuramentum. Idem, si dicatur in virtute Spiritus sancti: quia tam grauius debita fieri indicant animum superioris esse, velle grauem sub mortali obligationem imponere. Item quia vsus iur obtinuit, vt similia verba obligationem sub mortali indicent. Ita tradunt Ledesm. & Aragon, D. Antonin. & Armil. locis proximè allegatis. Atque idem crede rem, si dicatur, in nomine, vel virtute Iesv: quia eadem in his verbis procedit ratio. Idem, si dicatur, su interminatione gehennæ: quia ea comminatio no minori culpæ, quam mortali fieri valet. Castr. *supr.* Idem, si dicatur, sub pœna maledictionis æternæ: quia hæc solis inimici Dei conuenit. Ita D. Antonin. 2. *part. 4. cap. 2.* Angel. Tabien. Armil. Azor *suprà citati.* Syluest. *verb. præceptum. q. 3.* Vazquez 1. *2. q. 96. art. 4. dist. 1. §. 5. cap. 5. num. 46.* Idem, si dicatur, sub pœna indignatione Dei, ob eandem rationem. Syluest. *ea q. 3.* Angel. Tabien. Armil. Gabr. Azor, & Vazquez allegati. Vel, si pœna maledictionis Dei. Tolct. *in sine sum.* vbi de peccat. mortal. *cap. 19. num. 6.* Et idem ob eandem rationem dicendum est, si dicatur, sub indignatione Apostolorum Petri, & Pauli, vt bene Nauar. Valent. Tolct. Sayr. & Salon citati. Idem, sub stricto Dei iudicio, quia graue est additum, vt bene Gabr. *suprà.* Idem propter eandem rationem existimandum est, si dicatur, sub obsecratione diuini iudicii. Nauar. Valent. & Sayr. citati. Idem, si addatur particula, *strictè*, vel *arctè*, vt, *strictè* mandamus: quia strictè mandare, non est, nisi quando est animus grauius obligandi, vt bene notant Azor, & Nauar. *suprà adducti.* Idem, si in lege dicatur, sub præcepto. Ita docet Ledesm. *suprà;* sed non approbo, quia cum præceptum sit commune peccato veniali, & mortali, non est cur id additum importet

obligationem sub mortali. Et hæc omnia verum habent, et si verba sint communia, & nullam ex se obligationem indiciantia, vt ordinamus, vel statumur in virtute obedientie: quia illud additum quibuscumque verbis, satis indicat mentem superioris esse, obligare grauius, et in quantum potest. sic Gabr. *ibidem.* Idem tenet Castr. *ibidem;* ait enim, et si verba præcepti sint communia, esse mortale, quando pœna est talis, vt pro solo mortali infligi soleat. Idem clarè tenet Azor *ibidem;* ait enim esse mortale, quando superior dicit, *strictè*, vel in virtute obedientie mandamus, ordinamus, decernimus, statimus. Que verba sentit esse communia, vt ex ipso retulimus *n. 40.*

Insuper credo hæc habere verum, et si superior talis esset, qui nequit præcipere in virtute obedientie, vel Spiritus sancti, vt pote qui iurisdictione spirituali careret, cuius est similibus verbis in suis præceptis vti. Si enim materia talis sit, vt posset superior ille obligare sub mortali præcipiendo illam, obligare sub mortali; quia vrens similibus verbis, et si vsus ineptus sit, satis explicat suam mentem esse, velle obligare secundum totam suam potestatem, & eo modo quo superiores habentes iurisdictionem spirituales, intendunt præcipere, dum similibus verbis vtuntur.

Præterea hæc vera sunt, et si dubium sit, an materia sit ita grauis, vt capax sit obligationis sub mortali: quia dū de materiæ leuitate non constat, tenetur subditus iudicio superioris stare. Sic Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 10. q. 3. punct. 1.* in primo modo cognoscendi quomodo præcepta obligent, Aragon 2. *q. 62. art. 3. col. 6. §. 5. & si quis querat:* & apertè id tenet Sot. 4. *dist. 11. 22. q. 1. art. 2. conclus. 1. coroll. 1.* dicens enim præceptum sub pœna excommunicationis obligare sub mortali, limitat, nisi tantus esset abusus, si præcipiendi in rebus leuissimis, vt præceptum contineret manifestum errorem. Quod idem tradit Vazquez 1. *2. q. 96. art. 4. dist. 1. §. 8. cap. 5. num. 40.* Metin. *eodem art. 4. fol. 87. 4. vers. sed contra istas regulas.* At, vt bene ait Corduba, si constaret materiam non esse ita grauem, vt obligaret sub mortali, bligabit tamen sub veniali, quia superior intendit bligare quantum potest.

S V M M A R I V M.

- An ex pœnis spiritualibus colligatur obligatio ad culpam. num. 47.
- An sit signum obligationis sub mortali pœna excommunicationis minoris in lege impositæ. 48.
- Quid si imponatur excommunicatio maior, et in rebus venialibus, vel tantum ferenda referatur quada. num. 49.
- Quando imponitur pœna excommunicationis ferenda seu præcepto Prælati, inducitur obligatio grauis. n. 50.
- Quid si ea forma imponatur excommunicatio, vt necessaria, monito præsentia antequam feratur. in. 51.
- Quid si ob leuitatem materia ea monito necessaria sit. n. 52.
- Quid si excommunicatio sit ad terrorem, & quid si id lateat subditum, & an superior possit animum mutare; & quid si materia ex se sit leuis, & propter subditi obligationem, fiat grauior. n. 53.
- Quid de pœnis suspensionis, interdicti, & irregularitatis. num. 54.
- Quid de pœna depositionis, aut degradationis, & privationis ecclesiasticæ spiritualium. n. 55.
- An hæc vera sint, etiamsi lex sit purè penalis, nec citari verbis præcepti, sed communibus. n. 56.
- An quando pœna est temporalis, obliget lex eam indicens sub aliqua culpa; & explicatur quando sit certum non obligare. num. 57.
- Explicatur difficultas, & refertur duplex sententia. num. 58. & 59.

Explicatur

Explicatur sententia auctoribus, & solvuntur contraria. n. 60. Quid si lege aliqua id sit interdictum. n. 61. An lex penalis pœna imponens obliget in conscientia. n. 62. Quid si materia legis merè penalis, sit valde grauis, vel pœna valde grauis. n. 63. An pœna mortis, mutilationis, infamiae, carceris, saltem in religionibus; & pœna grauioris culpa in illis, vt pœna exilij, eremium, flagellatum, pecuniaria, & confiscationis bonorum, amissionis publici muneris, sint iudicium obligationis ad culpam mortalem? n. 64. Quid si verba legis non sint præcepti, sed communia? n. 65. In dubio, an lex obliget, vel non obliget sub mortali, quid iudicandum? n. 66. An omnis lex obliget saltem sub veniali, quando aliud non constat ex mente legislatoris? n. 67. Quando regula religiosorum obliget sub mortali ad externas obseruantias regulares, & quando sub veniali, & quando sub nulla culpa. n. 68. Quando id accidat in præceptis superiorum. n. 69. An in religione Societatis Iesv, & in aliis, non obligent præcepta, nisi quando aliquid in virtute obedientie iubetur, vel sufficit aliud signum ex supra enumeratis, vt intelligatur obligare in conscientia? n. 70. An religio infringens præceptum regula, aut superioris, committat duplex peccatum? n. 71. An imobedientia, quæ est solo contemptu, aut ex alia extrinseca circumstantia est mortalis, censetur referuata, quando referuatur peccatum imobedientia? n. 72.

47 Circa alteram questionem, nempe, an, & quomodo ex pœnis colligi possit intentio præcipientium non inducendi obligationem, ad inducendi hanc, seu illam, in primis certum est inter Doctores, quando verba nihil obligationis indicant, ex pœnis spiritualibus appositis coniciere licere obligationem. Si enim apponatur pœna spiritualis, manifestè colligitur aliquam in transgressione culpam esse; atque ita fatentur omnes, vt ex dicendis constabit.

48 Præterea verius est, non esse signum obligationis sub mortali, quando transgressori præcepti imponitur pœna excommunicationis minoris; quia hæc leuis pœna est, & pro solo veniali incurritur secundum omnes. Quare tunc consideranda est aliunde grauitas materiae ad discernendum, an sit obligatio sub mortali. Sic docet Vazq. 1. *2. q. 96. art. 4. dist. 1. §. 8. num. 40.*

49 Tertio est certum, si præcepti transgressori imponatur pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, siue explicadò maiore, siue absolute (de maiori enim intelligitur *cap. penult. de sentent. excommunic.*) esse obligationem sub mortali, quia hæc pœna pro solo mortali infligitur. Quod si tamen excommunicatio sit ferenda, non constat inter Doctores, an talis lex ad mortale semper obliget; nam D. Antonin. 2. *part. 1. 4. cap. 2. §. 3.* ait, quando à iure imponitur, esse signum obligationis sub mortali; verum quando ab homine, dubium est. Alij autem affirmant non omnem legem huiusmodi obligare ad mortale, quia antequam excommunicetur transgressor, debet præcedere monitio. Vnde tunc incipit esse mortale, quando post transgressionem legis admonitus transgressor cessare non vult, quia tunc potest excommunicari. Sic Driedo *lib. 2. de libert. Christiana. cap. 1. paulo ante 3. proposit.* in alia editione est *lib. 1. cap. 2. part. 3. ad finem.* Armil. *verb. lex. num. 4.* Petr. de Soto *lect. 5. de excommunic.* §. *Primo igitur.* Valent. 1. 2. *dist. 7. quest. 3. punct. 6. quest. 3. in sign. 4.* Citantur pro hac sententia Caietan. *sum. verb. præcepti transgressio.* & alij qui hoc ita non dicunt, sed eo modo, quem nos statim explicabimus. Et loquens de præcepto superioris sub hac pœna imposito, idem docet Angles *in florib. 2. part. q. v. mica. de vot. art. 8. dist. 16.*

10 At dicendum est, omnem legem præcipientem aliquid sub pœna excommunicationis ferendæ, obligare

Summe Th. Sanchez pars III.

sub peccato mortali. Ratio est, quia quando lex absolute præcipit aliquid sub pœna excommunicationis (quo loquendi modo intelligitur excommunicatio ferenda) nulla alia monitio est necessaria, vt transgressor possit à Iudice excommunicari; sufficiens enim est illa admonitio legis, vt optimè tradunt Innocent. *cap. ex parte. el. 1. num. 4. de verb. signific.* Abb. *cap. cum sit Romana. num. 28. de appellat.* Vazq. 1. 2. *quest. 96. art. 4. dist. 1. §. 8. cap. 5. num. 44.* Si ergo potest ille statim excommunicari, reus est culpæ mortalis; ob nullam enim aliam culpam excommunicari potest. Et ita docent expressè Syluest. *verb. præceptum. quest. 3.* Caiet. 2. 2. *quest. 1. 86. art. 9. circa solutionem ad 2.* Nauar. *sum. cap. 23.* *Hisp. num. 52.* *Latin. num. 53.* Sayr. *lib. 3. clan. reg. cap. 7. num. 25.* Salon 2. *q. 77. art. 1. contr. 8. reg. 3.* Azor *lib. 5. instit. moral. tom. 1. cap. 6. §. 5.* Vazq. *citatus eo. cap. 5. ad num. 41.* Henric. *lib. 13. de excommunic. cap. 17. num. 2.* & Doctores allegandi num. seq. quia limitatio, quam apponunt, non est contra hoc, vt ibi explicabimus. Eiusdem sententia sunt Angel. *verb. clericus. num. 4. sine.* Syluest. *verb. clericus. 2. num. 7.* vbi dicunt, clericum nutriente barbam, aut comam peccare mortaliter, eo quod in iure id eis interdicitur sub pœna excommunicationis, quam constat esse solum ferendam. Atque idem clarè sentiunt alij, qui dicunt, quoties lex fertur sub pœna excommunicationis, induci obligationem sub mortali; nam tunc excommunicatio illa est ferenda. Sic tradunt Angel. *verb. lex. num. 3.* Gabr. 4. *dist. 16. quest. 3. art. 1. ad finem.* Nauar. *sum. cap. 23.* *Hisp. num. 52.* *Latin. num. 53.* Ioan. Metin. *C. de ieiun. quest. de necess. seruan. ieiun. §. vt igitur quodam modo.* Ledesm. 2. *part. 4. quest. 17. art. 2. dub. 6. & q. 23. art. 3. col. penult. pagin. 337.* Sot. 4. *d. 2. q. 20. quest. 1. art. 2. col. 9. vers. hinc sit quod Abbatis.* & *dist. 22. quest. 1. art. 2. conclus. 1. coroll. 1.* Barthol. à Medin. 1. 2. *quest. 96. art. 4. fol. 87. 4. vers. 4. regula.* Valent. 2. 2. *dist. 10. quest. 4. punct. 5. col. antepenult. vers. præter hanc autem regulam.* Manuel 1. *tom. sum. ed. 2. cap. 19. 4. num. 2.* Couartu. *regul. peccatum. part. 2. §. 5. num. 3.* & *cap. Alma mater. 1. part. 8. §. 9. n. 2.* Aragon 2. 2. *quest. 62. art. 3. col. 6. §. 5. & si quis querat.* Gutierrez. *gg. canonicar. lib. 2. cap. 7. ad num. 25. vsque ad 28.* Philic. *de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. dist. 3.* Rhoa. *de iurib. Princip. quest. 5. num. 15.* Humada 1. *57. gloss. 2. n. 5. tit. 5. part. 1.* & hanc partem tanquam tutiorem sequitur Armil. *verb. præceptum. num. 6.* Quod verum est, siue præceptum sub illa pœna excommunicationis ferendæ, sit à iure, siue sit ab homine: quia sicut præceptum legis sub ea pœna vim habet admonitionis quia similiter præceptum hominis, ita vt in vtroque casu possit transgressor statim absque alia monitione excommunicari. Quare immeritò D. Anton. proximè allegatus dubitauit, quando ab homine imponitur, non autem quando à iure. Et ita tradunt non distinguendum esse, sed in vtroque casu idem dicendum. Syluest. *verb. præceptum. 3. Sot. 4. dist. 2. quest. 1. art. 2. conclus. 1. coroll. 1.* Ledesm. *part. 4. q. 23. art. 3. col. penult. Gutier. & Henric. proximè allegati.* Vazq. *dist. 15. 8. cap. 5. n. 45.* *suprà citatus.*

Hoc autem temperandum est, nisi lex aliqua, aut superioris præceptum sub excommunicationis ferendæ pœna ederet sub ea forma, vt necessaria sit monitio præsentia, priusquam excommunicatio illa propter transgressionem infligatur. Cum enim tunc transgressor non sit excommunicatione dignus, donec moneatur, pœna illa non est sufficiens obligationis sub mortali indicium, donec ille monitus non cesset. Et in hoc casu intelligendi sunt Doctores *n. 49.* allegati: nam Driedo, & Petrus de Soto tantum dicunt; non semper, ac est præceptum sub excommunicatione ferenda, obligat necessario ad mortale: quod est verum, quia extinguitur, vbi alia requiritur monitio. Et ita docet Caiet. *sum. verb. præcepti transgressio. vers. pœna præceptorum.* Nauar. *sum. cap. 23. num. 53.* Corduba *in reg. D. Franc. cap. 10. quest. 3.*

H

quæst. 3. in quarto modo cognoscendi quando lex obligat sub mortali. Tolet. in *sum. vbi de peccat. mortal. cap. 19. num. 6.* Barthol. ad Ledem. vbi de excommunic. *diffic. 3.* & dicit esse probabile Vazq. *eodem cap. 5. nu. 43.* & 44. addens tunc recurrendum ad gravitatem materiz ad diiudicandum, an ex illa colligatur obligatio sub mortali. Et placet mihi hæc limitatio, quamvis (vt bene aduertit ibi Vazquez) non careat difficultate: multi enim, nec penitentiæ Doctores asserunt, participantem cum excommunicatis ab alijs Iudicibus, quàm à Papa, quando lata est excommunicatio contra participantem, peccare mortaliter, cum tamen non incurrat excommunicatio illa, donec participantem moniti non desistant. Et ita in proprijs terminis esse tunc signum obligationis sub mortali, tenent Sayr. & Salon n. præced. allegati, & est probabile.

Secundò temperandum est, vt præceptum sub pena excommunicationis ferendæ impositum non obliget sub mortali, quando ratione leuitatis rei, vltus sapientum interpretatur iura præceptum imponentia, vt exigitur moniti, antequam excommunicatio illa feratur. Ita docet Henric. lib. 1. de excommunic. cap. 17. num. 2. & ob hanc rationem optimè dicit Caiet. in *sum. verb. clericorum peccata. §. nec obstat dictis*, aliqua iure sub excommunicationis ferendæ pena clericis interdicta nõ obligat sub mortali, quia licet de rigore iuris nulla mortali defideretur, at equitas, & vltus sic ea iura interpretatur, vt transgressores excommunicandi non sint, donec à Iudice moniti non desistant.

Hæc etiam ratione excusari quoque à mortali credo sæpe clericos, quibus passim Iudex ecclesiasticus aliqua præcipit, vt publicis precibus interesse, coram se comparere, & similia, sub excommunicationis pœna: vbi enim materia non est admodum grauis, & necessaria, credo non obtemperantes excusari à mortali. Quod illa excommunicatio comminatio potius sit ad terrorem, quàm vt excommunicandi statim sint, nulla alia monitione præmissa. Sæpe enim ita facere oporteret circa hæc excommunicationes ferendas, vt solum animo comminandi ponatur, ad coercendos subditorum animos solo excommunicationis timore; vt animaduerit Castr. lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4. & cita significat Vazq. *eod. cap. 5. num. 45.* dicens non esse mortalem huiusmodi præceptorum transgressionem, quoties & consuetudine, aut alijs circumstantiis contici potest eam pœnam imponi solum ad terrorem; & bene addi tunc Iudicem immeritò infligendum sententiam, si præposito mutato, velit pœnam, quàm solo animo comminandi impositi, infligere: immo nisi tunc grauis alius de apparet materia, nullam fore excommunicationem tunc infligendam. At si grauis esset materia, crederetur, nisi fictam illam mentem signo externo protulisset. Si enim signo externo protulisset, ita vt illa ius id intellexerit, non valebit defectu sufficientis monitionis. Similiter bene animaduertit *eodem cap. n. 5.* aliquando materiam que ante monitionem grauis erat, nec excommunicatione digna, effici grauem, e qua pœna dignam post monitionem, quia resistere monitioni, cedit in maiorem superioris & legis contempum: & ideo in ordine ad bonum publicum redditur grauis materia, que antea talis non erat. Dum autem subditio non constat probabiliter ex coniecturis de tali intentione solum comminandi excommunicationem, peccabit mortaliter non obediendo præcepto ratione conscientie erroneæ: at non inturret excommunicationem, vt bene docent Castr. *eod. docum. 4.* Sayr. *clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 17.* & Vazq. *eod. cap. 5. nu. 45.* dicens hoc ex sententia consistare, quia non est lata, sed ferenda. Sed addo, id etiam verissimum esse, et si sententia illa esset lata: & in hoc casu loquuntur Castr. & Sayr. citati, quia peccatum committi potest ex sola conscientia erronea, eo quod existimans (quamuis falsò)

aliquid esse contra legem obligantem sub mortali, & violans illam, quodammodo contemnit superioris auctoritatem, ipsi præponens suum appetitum, quod ad culpam rationem satis est. At excommunicatio incurri non potest ex solo conscientie errantis dictamine, eo quod indiget auctoritate potentis eam imponere, & de facto imponentis, que in hoc casu non adest.

De alijs pœnis spiritualibus, que transgressoribus legum imponi solent, que sunt suspensio, interdictum, irregularitas, quidam dicunt hæc pœnas non esse sufficientes signum obligationis sub mortali, quod hæc absque mortali culpa incurri valeant pro sola venia. Immo irregularitas aliquando incurritur absque culpa. Ita docent Caiet. 2. 2. quæst. 186. art. 5. circa solutionem. ad 2. & in *sum. verb. præcepti transgressio. vers. pœna præceptorum.* Nauarr. *sum. cap. 23. num. 53.* Cordub. in *regul. D. Franc. cap. 10. quæst. 3. punct. 1.* in quarto modo cognoscendi quando lex obligat sub mortali. Valent. 1. 2. *diffic. 7. q. 5. punct. 6. in 4. signo.* Salon 2. 2. quæst. 77. art. 1. *concl. 8. reg. 5. ad finem.* & idem dicit de pœna suspensionis Azor lib. 5. *instituit. moralium. tom. 1. cap. 6. quæst. 5.* & de irregularitate docet idem Sayr. *clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 25.* & Castr. lib. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4. fin. dicit se valde dubitare, an irregularitas, & suspensio referendæ sint inter pœnas arguentes culpam mortalem, eo quod absque tali culpa incurri valeant. At dicendum est, suspensionem, interdictum, & irregularitatem esse signum obligationis sub mortali, quia quando transgressioni legis tanquam pœna imponuntur, cum grauissima sint, imponi nequeunt absque mortali culpa, vt optimè probant Vazq. statim allegandus, & Suar. loquens de suspensione, & interdicto, *tom. 5. in 3. part. disp. 4. §. 2. n. 7.* Atque ideo hanc partem tenent loquentes de pœna suspensionis, & interdicti, D. Anton. 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3. Syluest. *verb. præceptum quæst. 3.* Angel. *verb. lex. n. 4.* Sayr. proxime allegatus, & loquens de interdicto, & irregularitate, Azor (suprà adductus, & loquens de irregularitate, & suspensione, Ioann. de Metin. C. de sciens. quæst. de necessitate seruandæ. §. vt reitur quodammodo, & Ledem. 2. part. 4. quæst. 17. art. 2. *dub. 6.* & loquens de suspensione Philiar. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. 2. *diff. 5.* & loquens de omnibus tribus pœnis Vazq. 1. 2. quæst. 96. art. 4. *disp. 1. §. 8. cap. 5. num. 2. §. 8. & duplici seq.* & Carb. de legib. lib. 7. *disp. 14. paulo post. princ.* Excipiunt tamen hinc, nisi suspensio, & interdictum essent leuia, vt alicuius specialis actus ad breue tempus; tunc enim non essent indicium obligationis sub mortali: quia cum leues pœnae sint, possunt pro veniali imponi, vt bene probat Suarez proxime allegatus.

Quare à fortiori esset indicium obligationis sub mortali pœna depositionis transgressoris, quæ est grauissima pœna. Sic tradunt D. Anton. & Castr. Azor num. præced. allegati. Et à fortiori, dicitur ratio erit etiam eius obligationis indicium, vt bene docent Castr. Metin. Ledem. & Azor citari num. præced. que idem dicendum est cum Castr. Metin. Ledem. Carb. ibidem, de priuatione ecclesiastica sepulture, quia est grauissima pœna.

Et hæc omnia vera sunt, quamvis verba legis, in qua prædictæ pœnae spirituales imponuntur, non sint præcepti, nec præcepto æquivalentia, sed communia, vt, *Volumus, Statuimus*, & similia, quia magnitudo pœnae transgressoribus adiunctæ, que pro solo mortali infligi potest, indicat transgressionem esse mortalem. Et ita docent Gabr. Ioan. à Metin. & Gutier. allegati num. 50. Nauarr. *sum. cap. 23. Latin. nu. 53.* Hisp. num. 52. Ledem. 2. part. 4. *q. 17. art. 2. dub. 6.* Castr. lib. 5. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4. Vazq. 1. 2. quæst. 96. art. 4. *disp. 159. cap. 3. num. 22. sine. Philiar. de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. *diff. 3.* Azor lib. 5. *instituit. moral. tom. 1. cap. 6. quæst. 5.* que etiam sunt vera, et si lex habere formam legis merè pœnalis, vt dicemus n. 63.*

Hæc

Hactenus egimus de pœnis spiritualibus appositis legi, vel præcepto; superest grauissima difficultas, an quando sola temporalis pœna transgressoribus imponitur, indicium sit legem illam, vel præceptum superioris ad culpam obligare, quando aliunde non constat intentio superioris obligandi ad culpam? Si enim talis intentio aliunde constat, fatentur omnes in ea lege reperiri tale obligationem; atque duplici in casu aperitur lex legem pœnalem ad nullam culpam obligare. Prior est, quando esset difunctionia, vt si præciperet opus aliquod exequi, aut eertam pœnam subire; cum enim in alternatiuis electio sit debitoris, sufficiatque alterum impleri, *reg. in alternat. 70. de reg. iur. in 6.* subditur vi illius legis tantum obligatur ad id opus exequendum, aut ad pœnam obeundam. Ita docent Diedo lib. 3. de libert. Christiana. cap. 5. ad 5. Barthol. Metin. 1. 2. quæst. 96. art. 4. fol. 877. in solutionem ad 2. & 3. dicens, esse huiusmodi leges in quibusdam Ecclesijs & confraternitatibus. Posterior est, quando aliquid non ponitur in lege per modum pœnae, sed per modum pretij, aut conventionis ad colligendam pecuniam aliquibus sumptibus necessariam: illa pœna non indicat culpam transgressionis, vt si lex dicat, qui volucrit equitare, debet tantam summam pecunie concedere Regi. Sic Sor. lib. 1. de iustit. quæst. 6. art. 5. Salon 2. 2. quæst. 77. art. 1. *contro. 8. reg. 3.* Philiar. de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. *conclus. 4.*

At difficultas est, quando lex est merè pœnalis, nec difunctionia. Triplex est sententia. Prima asserit in vniuersum, pœnam temporalem quantumcumque grauem non esse signum sufficientis. Ex quo deducitur, nolle legislatorum obligare transgressores ad culpam, sed ad solam pœnam: atque ita in vniuersum docet, nullam legem pœnalem solam pœnam temporalem imponentem obligare ad culpam, nisi ex aliquo alio signo deducatur intentio obligandi ad culpam. Hanc amplectuntur Iason §. item si quis postulare. num. 78. *instituit. de actionib. Ludouic. Gomez cap. 2. num. 60. de constitut. in 6. Mathias. singular. 78.* & alij, quos refert Couarr. *reg. peccatum. 2. part. §. 5. num. 1.* & inter omnes latissimè Nauarr. *sum. cap. 23. Latin. ad num. 55. vsque ad num. 65.* Hisp. à num. 56. vsque ad num. 64. vbi idem etiam dicit de legibus ecclesiasticis eam solam pœnam statuentibus, & idem extendit ad leges, in quibus imponitur pœna capitis, & amissionis omnium bonorum. Cuius sententiam dicit valde probabilem Valent. 1. 2. *disp. 7. quæst. 5. punct. 6. post 6. signum à vers. alterum signum;* additque eam esse magis probabilem in legibus ciuilibus, sed etiam in ecclesiasticis esse valde probabilem: quia cum possint & soleant comminari pœnam spirituales, in eam temporalem statuant, indicium videtur esse volun. obligandi ad solam pœnam, & hoc est primò in huius sententia fundamentum. Secundò, probatur eadem sententia loquendo de omnibus legibus, quia communis populi existimatio sic interpretatur quibusmodi leges, vt ad solam pœnam obligent; idque iure optimo, cum in dubijs, & obscuris benignior, & iurè interpretario faciendâ sit, *reg. in obscuris, de reg. iur. in 6.* Tandem quia Principes pagani leges faciunt, quibus subditos suos ligant instar Principum Christianorum, cum tamen obligationis ad culpam, pœnamque æternam ignari profus sint, soliusque temporalis pœnae appositæ meminerint. Fatent etiam huic sententia Azor tom. 1. lib. 5. *instituit. moral. cap. 6. quæst. 4.* vbi ait non esse demandum, qui hæc sententiam amplecteretur, & Salon 2. 2. *q. 77. art. 1. contro. 7. col. 8. §. hæc opinio.* dicens hanc sententiam esse valde probabilem, præterquam quando pœna est grauis.

Secundâ sententia docet in vniuersum, omnes leges pœnales, siue mixtas, siue purè pœnales, siue ecclesiasticas, siue ciuiles, obligare transgressores ad culpam, quando de contraria expressa legislatoris sententia non

constat. Probatum primò hæc sententia, quia lex supra natura habet, eo ipso quod iusta est, conscientiam obligare sub alicuius culpæ pœna, nisi contrarium explicet legislator, vt probauimus infra. At in lege pœnali non explicat contrarium; ergo omnis lex pœnalis obligabit ad culpam. Secundò, quia pœna imposita nequit nisi propter culpam; est enim pœna malum propter culpam infligendum, teste D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ergo infligere pœnam transgressoribus, est potius signum obligationis ad culpam; alias enim iniusta esset lex. Et confirmatur, quia lex humana absolute lata absque pœnae comminatione, obligat ad culpam; ergo à fortiori, cum pœnam comminatur: comminatio enim pœnae non infirmat legis vires, sed corroborat, cum apponatur ad maiorem obsequantiam legis timore pœnae. Tertio, quia leges pœnales diuersas valde pœnas transgressoriibus infligunt, vt vel sic diuersitatem culpæ transgressoribus indicunt. Quarto, quia eo ipso quod lex merè pœnalis imponit pœnam aliquam facit quibus, intendit prohibere illud factum, alias id pœnae non subiceret. At omni prohibito æquipollet præcepto, illudque claudit, vt diximus num. 34. atque ideo non est distinguendum inter leges merè pœnales, & mixtas, cum illæ etiam præceptum continent, sicut hæc. Quintò, quia aliquæ leges pœnales obligant ad culpam; ergo & omnes, cum eadem ratio de omnibus sit. Et huius sententia sunt Syluest. *verb. quæst. 1. q. 8. §. 22.* & *verb. inobediencia. sine. vbi Arnul. n. 2.* & dicunt ambo puerilem esse, & inutilem distinctionem inter legem pœnalem mixtam, & simplicem, quod num. sequent. explicabimus. Sor. lib. 1. de iust. quæst. 6. *100. art. 5.* Ioan. Meti. C. de restitut. quæst. 36. art. 6. Barth. Meti. 1. 2. *q. 96. art. 4. fol. 876.* Tolet. in *fine sum.* vbi de peccat. mortal. cap. 20. num. 4. Azor tom. 1. *instituit. moral. lib. 5. cap. 6. q. 4.* Aragon 2. 2. quæst. 62. art. 3. fol. 225. *conclus. 1. ad 2.* Philiar. de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. *conclus. 4.* Salon 2. 2. quæst. 77. art. 1. *concl. 7. paulo ante 1. conclus.* Manucl. *gg. regular. tom. 1. quæst. 6. art. 7.* Carb. de legib. lib. 8. *disp. 5. proposit. 6.* & pro eadem sententia sunt alij indistinctè docentes, legem pœnalem obligare ad culpam. Hi sunt Gabr. 4. *diff. 16. quæst. 3. art. 1. notabil. 6.* Alcocer lib. de ludo. cap. 8. Abb. Felin. Decius, & alij quos refert Couarru. *regul. peccatum. 2. part. §. 5. num. 2. §. 2.* & pro eadem sententia sunt Doctores omnes n. 64. referendi, qui ex magnitudine pœnae temporalis colligunt obligationem legis sub mortali.

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo) distinguit duplices leges pœnales, & eas quidem mixtas, que nimirum primò aliquid fieri iubent, aut prohibent, & deinde pœnas transgressoribus imponunt, vt si lex sic dicat: *Iubemur, aut prohibemur, ne quis arma portet sub tali pœna.* Alias verò simpliciter, & merè pœnales, que nihil præcipiunt, aut interdiciunt, sed solam pœnam aliquid facientibus irrogant, vt si lex sic dicat: *Qui arma portauerint sub tali pœna, et flagellentur.* Leges ergo mixtas at hæc sententia obligare transgressores ad culpam, scilicet autem de purè pœnalis, hæc enim solum ad pœnam subeundam obligant. Hæc sententia mihi magis placet cum limitationibus quas infra adhibebimus. Quoad priorem partem, probatur rationibus secundæ sententia allatis n. præced. que hanc partem probant. Insuper, quia cum in talibus legibus vtantur legislatores verbis præcepti, manifestè indicant suam intentionem esse, obligare ad culpam, nisi contrarium intentionem pœnae temporales apposita demonstrarent, vt constat ex regulis traditis à n. 30. At apponi pœnam non demonstrat contrariam intentionem, immo potius animum obligandi ad culpam, vt probat secundâ sententia num. præced. relata; ergo ex legibus obligant ad culpam. Et confirmatur, quia apponi transgressoribus pœnam ob commune Reipublicæ bonum, non obstat quominus legislator verè præcipiat,

H 2

piat, vtpote in cuius potestate est, vtrumque efficere. At si verè præcipiat, etiam si pœnam statuat, non minus rationi difsonat, iusto eius præcepto non obedire, quam si pœnam non imponeret, velle autem tunc præcipere, constat aptè et verbis præceptum indicantibus. Item quia communiter Doctores (vt à num. 64. ostendimus) pœnis obligent ex gratuita pœna temporalis adiunctæ obligationem sub culpa mortali. Posterior pars probatur, quia possunt dari, & de facto dantur leges merè pœnales ad nullam culpam obligantes, sed ad solam pœnam, vt ex mente forè omnium probauimus de regul. fratrum Prædicatorum num. 13. Et præterea, quia leges pœnam statuunt reis è carcere fugientibus. *l. 1. ff. de effraitoribus.* cum tamen communis sententia teneat eos non peccare, sed legem ad solam pœnam sustinendam obligare, vt in tractatu de reo dicitur. Si ergo possunt dari, nec legislator vitur verbis præcepti, aut prohibitionis in lege merè pœnali, sed solam pœnam pati præcipit; manifesta eius intentio videtur ad nihil aliud quam ad pœnam obligandi. Item quia votum merè pœnale, quale est sub hac forma emissum; voueo me ingressurum religionem si lusero; non obligat ad abstinendum à ludo sub aliqua culpa, sed tantum ad pœnam ingressus religionis supposito ludo, vt probauimus *lib. 4. huius operis. cap. 22. num. 4. & 5.* Ergo idem dicendum est de legibus superiorum merè pœnalibus. Cum enim votum sit lex particularis, obligetque instar legum generalium de illam materia, nisi constat de contraria voutens intentione, vt probauimus *eodem lib. 4. cap. 1. num. 31.* si leges generales merè pœnales sub eadem forma latè obligarent ad culpam, ac restitutum dicendum esset de voto. Tandem, quia rationes contrariæ non obstant: nam ad primam primæ sententiæ respondetur, id non esse sufficiens indicium contra verba præcepti, quia cum possit lex ecclesiastica pœna vtraque vt; tunc vitur temporalis, forsan, quia magis timetur. Ad 2. negatur ea communis existimatio, nec tunc est dubia, & obfcura legislatoris mens, cum satis ea verbis præceptibus, aut prohibitionibus deducatur. Ad confirmationem dic quando pœna absque præcepto aliquo, aut prohibitione proponitur in lege, partim eius vim minuire, in quantum mentem legislatoris non obligandi ad culpam indicat; partim verò augere, in quantum timore pœnae deterret. Ad 3. dicimus, nihil referre eam ignorantiam, quia cum illi velint præcipere eo modo quo possunt, & sint veri Principes, oritur ex natura re obligatio ad culpam iuxta materiam grauitatem, & ad pœnam æternam, si materia ita grauis sit, vt culpam mortalem constituat. Ad argumenta secundæ sententiæ, in quantum militant contra nosram, quoad leges pœnales mixtas respondetur. Ad primum dico, in eo casu satis explicat mentem legislatoris esse, non obligare ad culpam, cum nihil præcipiat, nec disponat circum principalem, sed circa solam pœnam. Ad secundum fateor, pœnam appositam non indicare mentem legislatoris esse, non obligare ad culpam; sed ea mens deducitur ex eo quod in legibus purè pœnalibus nihil præcipiat, aut prohibet, sed ad solam pœnam obligat; nec tunc ea est propriè pœna, sed pœnalitas quædam, & potest infligi absque culpa, sed non absque legitima causa, vt explicabimus num. 11. & 13. Ad tertium dico, infligi diuersitatem pœnarum, non vt diuersitati culpe respondeant, sed diuersis transgressionibus legum, plus, vel minus ad Reipublicam bonum conducentium. Ad quartum fateor, continere virtute prohibitionem illius rei, & proinde præceptum. At cum legislator non vult sit directis verbis præcepti, aut prohibitionis, cum potuerit, sed tantum præceptum direxerit ad pœnam, satis indicat suam mentem esse, obligare ad solam pœnam. Ad vltimum negatur consequentia, quia leges mixte continent vltra pœnam expressum præceptum,

aut prohibitionem. At purè pœnales solam continent pœnam, & ob hoc non est eadem de vtraque ratio. Et ideo hanc sententiam sustinet Henricus quodlibet. 3. quæst. 22. maxime circa finem. Rosell. *verb. pedagium. num. 9.* Angel. *verb. inobedientia. in fine.* & *verb. pedagium. num. 6.* Tabien. *verb. constitutio. ad finem.* & ibi Armill. *num. 7.* Castro *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 8. & 9.* Dried. *de liberr. Christiana. lib. 2. cap. 1. post 2. propositionem. in alia editione est lib. 1. cap. 2. part. 1. art. 3.* Couarru. *reg. peccatum. 2. part. 5. num. 4.* cum limitatione quam referemus num. 63. Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 10. q. 3. punct. 3.* Vazq. *1. 2. q. 96. art. 49. disp. 159. toto cap. 2. & 3.*
 Hac tamen sententia temperanda est, nisi id contra quod lex merè pœnalis pœnam statuit, sit alia lege naturalis, ciuili, aut canonica obliganti ad culpam interdictum: tunc enim ea lex pœnalis non tollit prioris illius legis obligationem; & sic virtute prioris erit culpabilis transgressio, quod etiam fateor Nauarr. *sum. cap. 23. num. 56. fin. & docet Castr. lib. 1. de leg. pœnal. cap. 10. Vazq. eadem disp. 159. cap. 2. num. 14.*
 Quare minus bene Angel. *verb. pedagium. num. 6.* & Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 64. Latim. num. 60.* ex prædicta sententia intulere, vctigalia iusta non deberi in foro conscientie, quando pœna statuitur non soluentibus, vt ait Nauarr. vel (vt ait Angel.) quando lex imponens non est mixta, sed merè pœnalis; nam etiam data vtriusque doctrinæ veritate, debentur in foro conscientie, vt bene aduertunt Syluest. *verb. gabella. 3. quæst. 8. num. 22.* Castr. *num. præced. allegatus. Vazq. eodem cap. 2. num. 15.* quia hæc vctigalium lex constituit simul tributum Principibus iure diuino naturali debitum ad eorum sustentationem; & ideo tale debitum constituit in materia iustitiæ, cuius violatio culpam, ac restitutum obligationem inducitur, sicut lex merè pœnalis, rebus venalibus iustam taxam imponens obligat transgressores ad peccatum, & ad restitutionem; quod obiter dixerim solùm ad ostendendum, non ex eo quod sit lex pœnalis, cessare eius obligationem ad culpam, & in foro conscientie, & ideo solos refero auctores, qui ex hoc capite non excusant, de quo in proprio loco agendum est.
 Secundò temperandum est, nisi grauitas materię valde vitis Reipublicæ suaderet directam intentionem legislatoris esse, iubere, vel interdicare rem illam, cui pœnam apposuit in illa lege purè pœnali: tunc enim illa lex purè pœnalis obligat ad culpam, vt bene ait Couarru. *reg. peccatum. 2. part. 5. num. 4.* quia tunc grauitas illius materię adeò Reipublicæ expeditis indicat legem illam non esse verè, & merè pœnalem, sed mixtam, vt in simili dicemus num. 64. de pœna magnitudine.
 Sed superest explicare, quam pœnis legibus statuat indicent obligationem legis naturali. Et quidem eam indicat pœna mortis, quia grauis pœna imponi nequeat absque mortali transgressionis culpa; atque ita docet D. Anton. *2. part. 1. q. 6. & 3. Rosell. verb. pedagium. num. 9.* Syluest. *verb. præceptum. quæst. 3. sine.* Tabien. *verb. constitutio. ad finem.* Armill. *in num. 4.* Sor. *lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 5. ad finem corpor.* Driedo *lib. 2. de liberr. Christiana. cap. 1. post 2. propositionem. in alia editione lib. 2. cap. 2. part. 3. art. 3.* Couarru. *reg. peccatum. 2. part. 5. num. 3.* Ioan. de Metin. *C. de ieiun. q. de necessitate seruati. ieiun. 5. vt igitur cognoscimus.* Castr. *lib. 1. de lege pœnal. cap. 5. docam. 4. Ledefm. 2. part. 4. quæst. 17. art. 2. dub. 6.* Aragon. *2. 2. quæst. 62. art. 3. col. 7. paulo ante 5. restat num. Barth. Metin. 1. 2. quæst. 96. art. 4. fol. 877. vers. Denique indubitatum est.* Cordub. *in reg. D. Franc. cap. 10. quæst. 3. punct. 1.* in quarto modo cognoscendi quando præcepta obligent. Tolet. *in fin. sum. vbi de peccat. mortalib. cap. 20. num. 4.* Vazq. *1. 2. quæst. 96. art. 4. disp. 159. cap. 3. num. 23.* Azor. *tom. 1. institum. moral. lib. 5. cap. 6. quæst. 5. sine.* Carbon de legib. *lib. 8. disp. 5. conclus. 5.* Manuel. *1. sum. 2.*

sum. 2. edition. cap. 19. 4. num. 2. Salon. 2. 2. quæst. 77. art. 1. contr. 8. regul. 3. sine. Sayr. *clau. reg. lib. 3. cap. 7. num. 25.* Quare minus bene Philarcus de offic. Sacerd. *tom. 1. part. 2. lib. 4. cap. 2. dicto 4.* negat ex hac pœna colligi obligationem legis ciuili sub mortali. Atque idem dicendum est de pœna mutilationis alicuius membri, scilicet, esse indicium grauis obligationis sub mortali. Sic D. Anton. Rosell. Syluest. Tabien. Armill. Sorus, Couarru. Driedo, Cordub. Azor, & Vazq. locis citatis. De pœna autem pecuniaria, vel infamiae, vel flagellationis, ex qua infamia sequitur, ait Vazquez, eam non esse indicium sufficiens obligationis legis sub mortali, quia iusta est lex reis effringentibus carceres, fugiendi causa, pœnam flagellationis imponens, ex qua infamia sequitur. Cum tamen probabilior opinio teneat eos etiam immunes esse. Pœna enim hæc rectè imponitur tanquam vinculum, quo quis detineatur in carcere, ob prius peccatum, quod commisit. At dicendum est, pœnam grauis infamie sufficiens obligationis sub mortali indicium esse, quod bene docent Armill. Castr. Azor locis allegatis, Salon eodem art. 1. contr. 8. notabil. penult. sin. Carbon de legib. *lib. 7. disp. 4. paulo post principium.* Et consequenter idem dicendum est de pœna flagellationis, vel tiremium, vt de pœna flagellationis docet Cordub. & de pœna tiremium Salon *ca. contr. 7. notabil. penult. fin.* quippe hæc pœna grauis sima; & iniustum valde esset eas imponi pro solo veniali. Quare dum effractores carcerum ea pœna plecti iubentur, id contingit eo quod lex præsumat culpam, aut sequatur opinionem dicentem esse culpam mortalem. Idem dicendum est de pœna exilij sic Sor. Ledefm. Salon, Manuel, Sayr. supra citati. Sed intellige quando est exilium perpetuum, vt explicat Barth. à Metin. Aragon, Tolet. supra adducti. Idem Salon eodem contr. 7. notabil. penult. sine. Atque idem crederem, quando tanti temporis exilium esset, vt ferè perpetuum reputaretur. Idem censendum est ob eandem rationem de pœna perpetui carceris. Sic Ioan. de Metin. Castr. Ledefm. Cordub. Azor ibidem; & idem intelligerem, quando tanti temporis carceris esset, vt reputaretur perpetuus. In religionibus autem pœnam carceris aiunt quidam indistinctè esse sufficiens indicium obligationis præcepti, aut regulæ sub mortali. Ita D. Anton. *3. part. tit. 16. cap. 1. §. 9. sine. & 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3.* sed id non credo, nisi talis esset religio, vt ea pœna conferret grauius, grauitèrque infamans. Similiter in religionibus est indicium obligationis sub mortali pœna grauioris culpæ debita. Ita docent D. Anton. *2. part. e. tit. 4. cap. 2. §. 3.* & Syluest. *verb. præceptum. quæst. 3.* Similiter huius obligationis indicium est pœna amissionis omnium honorum. Ita Sorus, Castr. Barth. à Metin. Tolet. Sylr. Salon, Azor, Carbon, locis supra citatis. Idem crederem, quando esset pœna amissionis maximæ partium honorum; & ita Salon eodem contr. 7. notabil. penult. dixit confiscationem bonorum, vel alias pœnas pecuniarias grauius esse indicium grauis obligationis; & Carbon dicit idem de pœna priuationis beneficiorum. Idem docet Azor loco citato, de pœna amissionis publici muneris, publicie ministerij; quod intelligerem quando id minus, & ministerij esset magni momenti, ita vt amissio in grauem infamiam cedat. Tandem idem dicendum est hæc pœna feruitur, quod ea grauius sit; ita Azor ibidem.
 Et hæc quidem vera sunt, et si verba legis non sint præcepti, nec æquipoſſentia præcepto, sed communia, vt, Statuimus, vel, Ordinamus, vel similia; sicut idem diximus num. 56. de pœnis spiritualibus, ob rationem ibi traditã. Et ita docent Castr. Ioan. à Metin. Ledef. Vazq. num. 220. allegati nãm. præced. quod etiam bene intelligit Rosell. *verb. pedagium. num. 9.* etiam lex habet formam merè pœnalem, vt, qui hoc fecerit, morte plectatur. Quomuis enim dixerimus num. 64. leges merè pœnales non obligare ad culpam, intelligendum est, nisi magni

tudo pœna, & iniustitia illius absque culpa mortali infligendæ, contractum suaderet; ea enim etiam sufficenter indicat eam legem esse tantum pœnalem quoad solum, at re vera esse mixtam; sicut absque dubio lex ecclesiastica fulminans excommunicationem in aliquod facientes, et si formam legis merè pœnalis haberet, obligaret sub mortali; vt si diceret, qui hoc fecerit, excommunicationem ipso facto incurrit; pœna enim soli culpa lethali proportionata indicat legem non esse purè pœnalem, sed mixtam, interdicens tamen sub mortali, & excommunicationis pœna id facere.
 Tandem, quando perpenis legis verbis, & pœna, ac materię grauitate, ex quibus rem hanc perpendendam hucusque diximus, manet res adhuc dubia, nec cognosci potest, an lex obliget ad mortale, necne, dicunt aliqui teneri sic dubitantem ad seruandum legem, & sic ad sequendum, quod ritius est, ne contra conscientiam dubiam agat. Ita docent Ioan. à Metin. *C. de ieiun. quæst. de necessitate seruati. ieiun. 5. vt igitur quodam modo. Ledefm. 2. part. 4. quæst. 17. art. 2. dub. 6.* Valent. *1. 3. disp. 7. quæst. 5. punct. 6. quæst. 3.* Tolet. *in fin. sum. vbi de peccat. mortal. cap. 20. sine.* Atque Castr. *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docam. 4. fin. dicit hoc consulendum in hoc dubio; subicit tamen, an esset in præcepto. At horum responsio non ex hauris difficultatem; nec enim dubitari potest, quin dubitans hic, dum nõ deponit dubium, teneatur sub mortali legem illam seruare, & sic amplecti partem tutiorem, ne contra conscientiam dubiam operetur. At restat explicandum, an possit ea conscientia dubia deponi, existimarique eam legem in eo dubio non obligare sub mortali; & id quidem ita esse existimo. Ducor, quia Caiet. *sum. verb. præcepti transgressio. §. pœna præceptorum, ad fin. & Armilla. verb. præceptum. num. vlt.* docent non tam latam præceptorum in iure obligantium sub mortali interpretationem sumendam esse, ne laqueus multiplex animabus iniiciatur. Præterea, quia Nauarr. *sum. cap. 23. Hisp. num. 49. L. iun. num. 50. & Philarc. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. dicto 5.* Sayr. *reg. cap. 7. num. 29.* sunt expressè huius sententiæ dicentes verba legis apta ad inducendam culpam venialem, & mortalem, esse in dubio de veniali intelligenda, quia leges que rectè de pœna maiori, & minori possunt intelligi, sunt in dubio de minori interpretandæ, *reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. interpretatione. & l. si prædes. ff. de pœnis.* Nec valet responsio Salon. *2. 2. quæst. 77. art. 1. contr. 8. col. penult. ad 1. in fine.* vbi ait hoc intelligendum de pœnis, non verò de culpis, quia quantitas pœnae pendet à legislatore, non verò quantitas culpæ, quæ à materia sumitur. Hoc tamen non obstat, tum quia contrarium probauimus num. 25. tum etiam, quia esto ita sit, at in hoc casu supponimus materiam esse dubiam, an ita grauis sit, vt ad mortale sufficiat. Item quia cum in eo dubio nulla sit possessio pro obligatione legis sub mortali, præponderat possessio libertatis voluntatis. Addunt autem Philarc. & Sayr. præterea, hoc verum esse quoad iudicandum de aliis qui legem transgressi sunt, ne damnentur. At consulturus, vel operaturus, debet seruare legem, ac si obligaret ad mortale. Sed non placet addere ob rationes dictas. Secus tamen esset si dubitaretur, an lex obliget sub aliqua culpa, saltem veniali, an ad solam pœnam; nam in hoc dubio crederem potius obligare sub veniali, quod lex siuapte natura vni sub culpa obligandi habeat, vbi non constat de contraria legislatoris voluntate ad solam pœnam obligare, intentione, vt num. seq. dicitur; & ideo in hoc dubio stat possessio pro legis obligatione.
 Ex omnibus hucusque dictis deducitur primò, omnem legem iustam absolue latam, quando nullo verbo, aut signo explicuit legislator se non habere intentionem obligandi ad culpam, obligare vtraque ad culpam, siue mortalem, siue venialem, secundum materię*

65

66

præcepte gravitatem, quia lex secum habet obedientie præceptum, & sup̄ natura habet vim obligandi sub culpa, nisi legislator contrarium explicet. Atque ideo Cynus, & Bartolus leges in principio ff. de legib. dixere, consuleri non esse virtutem legis, eo quod lex sit præceptorum collectio, ut probatur ex leg. i. ff. de legib. ubi dicitur, legem esse commune præceptum. Item quia in eo casu non est aliqua ratio cur exiitmare debeamus legislatores vsum fuisse auctoritate sua quoad hunc obligandi modum, nempe, quoad poenam solum, & non quoad culpam. Atque ita cum ipse non limitet vsum auctoritatis suæ, est simpliciter indicandum, eum ex tota auctoritate sua legem condere: atque ita docent Laurent. Archidia. & Dominicus. c. de iur. dist. 4. Imol. e. nam. consensu sententiam. nom. 9. de consuetudine. & ibi Felinus. mo. 5. Sop. lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. col. 9. vers. sed soluenda sunt. Aragon 2. 2. q. 62. art. 3. fol. 215. col. 2. conclus. 2. Sayr. in clau. reg. lib. 3. cap. 7. m. 29. Valent. 1. 2. dist. 7. q. 5. puncti. 6. quæstione. 3. in 2. signo. Philiac. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. conclus. 33. Nec hoc aduerfarum dictis n. 39. & n. 66. ubi diximus, leges merè penales nõ obligare ad culpam, nec que utuntur verbis communibus, aut solius imperativi: quia consulo diximus in hoc collarario, nisi vlllo verbo, aut signo declaratur intentio legislatoris non obligandi ad culpam. At cum lex est merè penalis, vel vitur prædictis simplicibus verbis, cum verbis præcepti, aut æquipollentibus vri possit, satis explicat suam mentem esse, non obligare ad culpam. Atque ita optimè Victoria relet. de possit. civil. num. 20. dixit, aliquando legislatores siue ecclesiasticum, siue ciuilem non velle in suis legibus exigere obedientiam à subditis debitam, sed simpliciter ordinare quid faciendum sit, dirigendo potius, quàm præcipiendo, qualia multa ita esse in legibus ecclesiasticis, & ciuilibus, sicut non semper creditor, quando pecuniam petit, exigat tanquam volens obligare.

Secundò deducitur solutio principalis quæstionis superioris propositæ, nimirum, an obediuntæ regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub mortali, an sub veniali, an solum ad poenam? Quando enim qualitas obligationis in eis non explicatur, iudicanda est obligatio iuxta regulas traditas de legibus ecclesiasticis, vt diximus eo n. 23. Quare in primis attendenda est consuetudo religionis, & communis vsus illius intelligenda obligationis regularum, & illis standum est vt de legibus ecclesiasticis probauimus num. 27. & 28. Quod si de illis non constat, attendenda sunt verba quæ si fuerint præcepti, aut æquipollentia præcepto vt, iubemus, Imperamus, Mandamus, Iniuungimus, Edicimus, Necessarium est, Necessè est, Prohibemus, Interdicimus & similia, inducunt quidem obligationem ad culpam mortalem, sed satis est ad veniale, nisi magna materia grauitas, aut necessitas, vel grauitas poenæ, aut particula additæ, suadet obligationem esse sub mortali. Quæ autem sint præcepti, & particula, explicuimus à n. 43. & specialiter in religione explicuimus n. 64. duplicem poenam temporalem indicantem obligationem sub mortali. Si autem verba sunt communia, vt, Statuimus, Ordinamus, Decernimus, Soluimus, Hortamur, Monemus, Operor, & similia, vel regule sūt merè penales, nimirum, sub hac forma editæ: Præcipimus, vt frangens siletium, talem subeat poenam; ad nullam culpam obligant, nisi magnitudo poenæ, aut particula adiuncta grauitas suadet obligationem esse sub culpa lethali; quia hæc omnia ita accidere in legibus ecclesiasticis satis toto hoc capite probauimus. Quare non est credendum Syluestro ubi dicit, religio. 6. q. 5. ubi dicit, religiosum teneri sub mortali ad obseruantias quæ sunt in regula sub præcepto sic obliganti: ad alias verò sub veniali. Nam, vt diximus num. præced. sine, ex Victoria, & satis hucique probauimus, non omnes leges ecclesiasticæ obligant

ad culpam, nec omnia statuta religionum obligationem inducunt, quia in omnibus sequuntur normam legum ecclesiasticarum, vt declaratum est.

Tertiò deducitur, idem dicendum esse, ac eisdem regulis vtendum, ad diiudicandum, an præcepta ore tenus à superioribus imposta obligent ad culpam, & qualem culpam: nec enim omnia obligant ad mortalem, nec ad culpam, sed quandoque ad mortalem, quandoque ad venialem, quandoque verò ad nullam, sicut num. præced. diximus de regulis, quippe horum quoque præceptorum obligationem iuxta eadem legum ecclesiasticarum regulas diiudicandam esse probauimus numero 23.

Et in Societate Iesv nullum superioris præceptum ad culpam mortalem, vel venialem obligat, nisi superior ea in nomine Domini nostri Iesv Christi, vel in virtute obedientie iuberet. Sic enim & vsus Societatis intellexit, & habetur in eiusdem constitutionibus. 6. part. cap. 5. sine. Atque ita nec obligaret ad culpam præceptum superioris in illa, etsi vteretur expressis præcepti verbis, vt, Præcipio, Iubes, vel, stricte præcipio, vel, sub præcepto iniungo. Sed iuxta id decretum & vsum oportet superiores amplius explicare suam voluntatem, vt censetur velle obligare ad culpam aliquam. At si exprimeret suam intentionem esse, obligare ad culpam mortalem, vel venialem, obligaret vtique, nisi ratione leuitatis materiae, voluntas esset rationi difsona, quia ea constituitio non aufert potestatem aliter obligandi, quàm vtendo illis verbis; sed illis certam obligandi voluntatem explicat, vt talis non censetur, quando illis verbis non vitur. Quare credo obligatorum sub mortali, quando præciperet non vrens his verbis, sed apposita poena exigenti peccatum mortale, vt sub poena excommunicationis lata, vel ferendæ, vel maledictionis æternæ, vel maledictionis Dei, quia satis tunc explicat suam voluntatem. Et idem sentio, si præciperet in virtute Spiritus sancti, quia perinde est, ac in nomine Iesv Domini nostri; & Cordub. in reg. D. Francisci. c. 10. q. 3. puncto 1. in 2. modo cognoscendi quando præceptum obligat, ait, allegato Hugone, in religione sua Minorum esse vsu receptum, vt præcepta non obligent sub mortali, nisi iniuncta in virtute obedientie. n. multis quoque congregationibus statutum est, & receptum, vt præceptum superioris non obliget ad culpam, quoque in virtute Spiritus sancti, aut sanctæ obedientie aliquid præcipiatur, vt testatur Vazquez 2. q. 96. art. 4. dist. 158. cap. 3. num. 24. & D. Anton. 2. part. 4. cap. 2. §. 3. ait, Prelatos iniungere volentes iudicatis aliquid tanquam necessariò faciendum, solitos esse vti his modis, sub culpa mortalis obligatione, vel sub interminatione maledictionis æternæ, vel in virtute obedientie; & 3. part. 11. 16. c. 1. §. 9. ad finem. cum volunt sub mortali obligare, vt in virtute obedientie, vel Spiritus sancti, vel in poena excommunicationis, vel carceris, vel alterius censurae. Quare dum his, vel similibus verbis non vitur, credendum ex communi vsu non censeo eorum præcepta obligare sub mortali; & Leonard. de iust. lib. 6. cap. 11. dicit. 9. num. 76. vers. tertio dicit, ait, non censeo Prelatum religionis velle obligare sub mortali, nisi id aliunde constet, quando non præcipit in virtute obedientie; aut censeo sub veniali, quando præcipit. Quod intelligi verum extra Societatem Iesv, & vbi similes esset constitutio, & dum vteretur verbis præcepti, vel æquipollentibus præcepto. At in superioribus carentibus spirituali potestate, qui sic non possunt iubere, vt sunt parentes, & Abbates, vt censentur sub mortali obligare, satis est vt materia sit grauis, & multum necessaria gubernationi domesticæ, vel monasterij ab ipsis intentæ, & verbi præcepti, vel æquipollentibus vitur, quippe aliter nequeunt suam voluntatem explicare.

Virtum autem religiosus transgrediens præceptum superioris,

69
70
71
72

superioris, aut regula committat duplex peccatum, alterum contra votum obedientie, alterum verò contra virtutem in qua illa materia præcepta constituitur, diximus lib. 4. c. 11. num. 25.

Tandem id obferuandum est, quando in aliqua religione referatur peccatum inobediens, aut peccatum contra votum obedientie, non censeo referatam inobediensiam quæ non est mortalis contra virtutem obedientie, aut contra votum illud: quæ respiciunt præceptum superioris obligans ad mortalem; vt quando præcipitur in virtute obedientie, vel alio simili modo: quod si esset peccatum mortale per accidens, nempe propter contemptum, vel propter aliam circumstantiam extrinsecam mali finis, non censeo peccatum illud comprehendum in referatatione, quia non est inobediensia, nec directè repugnat voto obedientie.

CAPVT V.
Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur.
SVM MARIVM.

Religiosus non tenetur esse perfectus, ac tenetur tendere ad perfectionem. n. 1.
Ad id tenetur iuxta solum suæ religionis media. n. 2.
Propositum duplex difficultatis distigendum. n. 3.
An sit hoc speciale præceptum? referuntur id probantia numero 4.
Explicatur sententia auctoritatis & soluntur contraria. n. 5.
Quando delinquitur contra hoc præceptum tendendū ad perfectionem, proponitur duplex sententia. n. 6. & 7.
Secularis proponens se consilia non seruaturum, licet id non faciat, ex contemptu peccat venialiter. n. 8.
Religiosus proponens non seruare alia præter ea, ad qua tenetur ex voto, vel præcepto graui, non peccat mortaliter eo ipso contra præceptum procuranda perfectionis, sed solum venialiter. n. 9.
Peccat mortaliter religiosus contra præceptum tendendū ad perfectionem, si firmiter proponat illam, non attingere. num. 10.
Non peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui non se disponit ad præceptum religionis munia. n. 11.
An religiosus toties peccet contra hoc præceptum, quoties violat vota, & alias regulas, ad quas tenetur? n. 12.

IN hac quæstione duplex conclusio admittitur ab omnibus. Prior est. Quamuis religiosus non tenetur esse perfectus, & subinde nec omnia illa exequi, quibus charitatis perfectio continetur; tenetur tamen ad id tendere, & operam dare, vt perfectionem charitatis compareat, eaque æquetur, quæ ad illam comparandam necessaria sunt. Vtraque pars inde constat, quia status religiosus non est status perfectionis acquirendæ, sed est & veluti progressus ad perfectionem acquirendam. Ergo illum profectus non tenetur esse perfectus, sed niti progredi ad perfectionem: quippe operanti ad finem non conuenit ex necessitate, vt finem iam comparetur; sed vt aliqua via ad ipsum tendere conetur. Et confirmatur, quia cum status religiosus non sit status iam perfectus, sed via ad perfectionem, non significat illum assumens ipso assumptionis facto, se perfectum esse, sed intentionem ad illam tendendi habere. Ergo non est mendax & simulator facto ipso, si perfectionem non consequtur, sed si illam consequi non intendat; ac proinde non peccabit non conseqendo, sed non intendendo. Hanc tradunt D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 5. ad 2. & q. 186. art. 2. corp. & art. 9. corp. & in iisdem locis Caiet. & Abulen. 2. 19. Mathæi. q. 144. Allenis (sum. 2. part. lib. 6. tit. 47. art. 1. 73. Carthus. de reformat. cl. dist. lib. 1. art. 1. sine.

D. Anton. 3. part. 2. 16. c. 1. Angel. verb. religiosus. n. 27. Syluest. verb. religio. 1. q. 3. Armil. verb. religio. num. 3. & ibi Tabien. q. 4. num. 5. ad finem. Natat. commentar. 1. de regulis lar. num. 10. dist. 10. Cordub. in regul. D. Francisci. c. 1. q. 9. dist. 2. Viguier. lib. institution. cap. 17. §. 1. vers. 13. Azot. lib. 11. tom. 1. institution. c. 2. q. u. Valent. 2. 2. dist. 10. q. 4. puncto 4. Bañez. 2. 2. q. 33. art. 1. dub. 3. concl. 3. Manuel q. regulas. tom. 3. q. 48. art. 1. ad finem. Beltram. tract. de vot. pauper. cap. 3.

Posterior conclusio est. Non tenetur religiosus niti ad perfectionem per omnia supererogationis opera ad illam acquirendam valentia, sed per illa quæ sunt præscripta secundum vniuersaliūque religionis regulas ad acquirendam charitatis perfectionem. Ratio est, quia neque Deus, neque Ecclesia, neque vota in religione emissa aliquid amplius ab eo petunt, quàm vt agat vitam regularem iuxta suum institutum à Sede Apostolica approbatum. Nec finis religiosi status, qui est perfectio vite Christianæ comparanda; exigat amplius quàm ad eam niti per media instituti religionis, in qua quisque professus est, cum satis perfectio hæc obtineri possit per media illa, vt potest quæ tanquam sufficientia ad eum finem comparandū à Sede Apostolica sunt approbata. Et ita tradunt D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2. corp. & reliqui Doctores num. præced. allegati.

Est autem duplex difficultas. Prima, an præceptum hoc tendendi ad perfectionem, sit peculiare aliquid præceptum distinctum à præcepto seruandi tria vota substantialia, & alia in regulis religionis præscripta: an potius sit generale quoddam imbibitū in illis, sicut præceptum seruandi mandata, & non peccandi, & quo quisque tenetur esse bonus, non est speciale aliquid præceptum distinctum à præceptis peculiaribus, sed imbibitū in illis. Posterior difficultas est, quando peccetur contra hoc præceptum.

Circa priorē difficultatem, videtur esse peculiare præceptum nitendi ad perfectionem distinctum à præceptis seruandi vota, ac obseruantias regulares. Quia si esset generale imbibitum in illis, falsò dicerent Doctores num. 1. relati, religiosum non teneri esse perfectum, sed tantum niti ad perfectionem, illamque intendere. Nam non tantum tenetur niti ad votorum, & regularem obseruantiam, sed ea quoque seruare tenetur, sicut quilibet fidelis non tantum tenetur niti cauere mortalia, & seruare præcepta, sed tenetur quoque ad illa opere præstanda. Non ergo est generale præceptum, inquit illo- rum, sed peculiare aliud distinctum. Secundò, quia huius præcepti datur peculiaris actus, ad quem obligat, & per cuius solum defectum, eius transgressio contingit, nempe ita procurare perfectionem, vt non reuocet religiosus propositum illius procuranda, illam contemendo. Ergo est præceptum peculiare. Tertiò, quia si esset præceptum generale, inquit aliorum, peccaretur contra hoc præceptum quoties quacumque causa adesset peccandi contra vota, & alias obseruantias regulares; sicut à prædicta generalia præcepta peccatur ex quavis causa violato diuino præcepto: at non est reus huius præcepti religiosus in his delinquis ex quavis causa, dummodo reuincat propositum tendendi ad perfectionem, vt tradunt Caiet. 2. 2. q. 184. art. 5. sine. Tabien. verb. religio. 4. num. 5. ad finem. Cordub. in seg. D. Francisci. c. 1. q. 3. dist. 3. Et ratio est, quia non tenetur religiosus esse perfectus, sed animum tendendi ad perfectionem habere. Non ergo peccat contra hoc præceptum, dum retinet hoc propositum; atque adeò hoc est speciale distinctum præceptum; & ita videtur sentire Doctores proximè allegati.

Oppositum tamen iudico sententiam. Primò, quia 5 (vt num. 2. diximus) tenentur omnes non teneri aliter religiosum ad perfectionem tendere, quàm alexandando vota, & alia suo statui annexa. Ergo huiusmodi est, non esse hoc præceptum distinctum à præcepto seruandi illa,

7
3
4
4